





*Pd. 42.*







*ii* 13

DISSERTATIO  
JURIS ECCLESIASTICI GERMANICI  
DE  
JURIBUS ECCLESIAE GERMANICAE  
IN CONVENTU EMSANO  
EXPLICATIS  
ET  
DE JURE ARCHIEPISCOPORUM CIRCA BENEFICIA  
MENSIIUM INÆQUALIUM  
IN SPECIE

AD  
ILLUSTRANDUM PRÆCIPUE HUIUS CONVENTUS  
*Art. XV. XVI. & Art. V. §. 26. Pac. Osnab.*

QUAM  
UNA CUM PARERGIS EX OMNIGENO JURE  
PRÆSIDE

PHILIPPO HEDDERICH,

Ss. Theologiae & utriusque Juris Doctore, Eminentissimi ac Serenissimi  
Archiepiscopi Principis Electoris Colonienfis Consiliario Eccles. actual.  
Ss. Canonum in Universitate Bonnenfi Professore publ. & ord.  
ejusdemque Universitatis h. t. Rectore, Librorum Censore  
ac Proto-Notario Apostolico.

TENTAMINI PUBLICO  
SUBMISIT

FRANCISCUS JACOBUS DE BREUNING, Mergentheimensis.  
IN AULA MAJORI UNIVERSITATIS BONNENSIS  
Die VI. Martii MDCCLXXXVIII.

*Mane ab Hora nona ad undecimam.*

---

BONNAE, Typis Joa. Frid. Abshoven Universitatis Typographi.



EMINENTISSIMO  
ET  
SERENISSIMO  
DOMINO  
D. MAXIMILIANO  
FRANCISCO,  
SANCTÆ ECCLESIE COLONIENSIS  
ARCHI-EPISCOPO,  
S. R. IMPERII ARCHI-CANCELLARIO  
ET  
PRINCIPI ELECTORI,  
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ  
LEGATO NATO,  
HUNGARIE ET BOHEMIÆ PRINCIPI REGIO,  
ARCHIDUCI AUSTRIÆ,  
DUCI BURGUNDIÆ ET LOTHARINGIÆ &c.  
MAGNI MAGISTERII IN BORUSSIA ADMINISTRATORI,  
ORDINIS TEUTONICI PER GERMANIAM  
ET  
PARTES TRANSMARINAS  
MAGISTRO,



EPISCOPO ET PRINCIPI  
MONASTERIENSI,  
WESTPHALIÆ ET ANGARIÆ DUCI,  
HABSBURGI ET TYROLIS &c. COMITI,  
BURGGRAVIO STROMBERGÆ,

DOMINO  
IN ODENKIRCHEN, BORKELOHE, WERTH, FREUDENTHAL  
ET EULENBERG, &c. &c.

PRINCIPI  
AC  
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

HUNC LABOREM ACADEMICUM  
SUBMISSIONE DEVOTISSIMA  
DICANT, CONSECRANT

HUMILLIMI  
PRÆSES ET DEFENDENS.





# CONSPECTUS.


- §. 1. Occasione scribendi. Pag. 1.
- §. 2. Jura ac Principia de Potestate Episcopali intuitu Pontificis communi Consensu publico Ecclesie Germanicæ & Imperii recepta sancte sunt custodienda. 2
- §. 3. Potestatis Episcopalis a Deo descendens exercitium in Conventu Emsano explicatum nititur principiis & juribus communi consensu Ecclesie germanicæ & Imperii agnitis; Quod demonstratur 1) ex Codice Canonum auctoritate Caroli M. in Imperio recepto 11
- §. 4. Demonstratur 2) ex Edictis Caroli M. & Ludovici Imp. 13
- §. 5. Demonstratur 3) ex Actis in Ecclesia germanica & Imperio sub Lothario I. & Carolo II. Imp. 17
- §. 6. Demonstratur 4) ex Comitibus Wormatiensibus sub Henrico IV. Imp. 19
- §. 7. Demonstratur 5) ex Concordato inter Fridericum I. Imperatorem & Alexandrum III. Pontificem anno 1176 inito. Cui non obstant principia contraria tunc Corpori juris canonici inserta 21
- §. 8. Nec obstant Recursus eadem aetate Romam facti 24
- §. 9. Demonstratur 6) ex Constitutionibus Imperii a Friderico II. Rudolpho I. & Alberto Seculis XIII. & XIV. editis. 26
- §. 10. Demonstratur 7) ex Actis in Imperio & Ecclesia germanica Seculo XV. tempore CC. Constatiensis & Basileensis 27
- §. 11. Ostenditur 8) ex consensu & Constitutionibus Imperii atque Ecclesie germanicæ Catholicorum sub Carolo V. Imp. 29
- §. 12.

- §. 12. Demonstratur 9) ex Declaratione Legatorum Concilii Tridentini data Ferdinando I. Imperatori anno 1563. 33
- §. 13. Demonstratur 10) ex Art. ult. Confessionis Augustanae a Legatis Pontificis, Carolo V. Et Statibus catholicis agnito quoad plenitudinem Potestatis Episcopalis a Deo instituta 35
- §. 14. Ostenditur 11) ex Actis catholicorum Statuum Imperii tempore Pacis Osnabrugensis. 39
- §. 15. Principiis habentis traditis non obstant Indulta Et facultates quinquennales. 43
- §. 16. Quod ulterius ostenditur præcipue quoad Jus dispensandi ex Concilio Tridentino hujusque Actis 49
- §. 17. Doctrinae ablenis tradita effectus Et applicatio 55
- §. 18. Jus Archiepiscoporum Germania circa Beneficia mensum inæqualium in Conventu Emsano determinatum Et a Scriptoribus Anti-Episcopalibus contraditum. 57
- §. 19. Uti Concordata Germania ita etiam hoc Jus Archiepiscoporum sancte est custodiendum, eo quod innitatur 1) pactis Et promissionibus Sedis apostolicæ perpetuis 60
- §. 20. Innititur 2) Capitulatione Cæsarea, in qua promittit Imperator se Gravamina desuper opposita impediturum 65
- §. 21. Innititur 3) Art. V. §. 26. Pacis Osnabrugensis. 67
- §. 22. Respondetur Adversariis, Et concluditur 69

Adjuncta I. II. III.

pag. I.—XXVI.

DE



DE JURE ARCHI-EPISCOPORUM GERMANIÆ  
CIRCA  
BENEFICIA MENSURARUM INÆQUALIUM.

Ad illustrandum Art. V. §. 26. Pac. Osn. & Conventum Emsanum  
præcipue hujus Art. XV. XVI.



§. I.

Occasio scribendi.

**A**Tempore, quo Reverendissimi Archiepiscopi quatuor Germaniæ in Conventu Emsano jura Episcopalia eorumque exercitium explicarunt, atque acta & doctrinæ hujus Congressus publicam lucem viderant *a)*, gravis mox desuper in Orbe Germaniæ orta est contentio: alii Primatum Pontificis divinitus institutum penitus persumdari, imo totam fere religionem ruere lamentabantur *b)*, alii Romano Episcopo subtractum iri obedientiam

*a)* Resultat des Emser Congresses 1787.

*b)* Vid. Weismanns kurze Bemerkungen über das Resultat des Emser Congresses. Strasburg 1787. Seite 7. — Die Herren Depue  
tirten

tirten glaubten die Gränz-Linie (der Rechten des Primas und der Bischöfen) dadurch richtig bestimmt zu haben, da sie den Pabst als den Mittelpunkt der Einigkeit, den Oberaufseher und Primaten anerkennen, und selbst die hierzu erforderliche Jurisdictionen zustehen, auf der andern Seite aber ihm alle jene Reservationen absprechen, die in den ersten Jahrhunderten mit dem Primate nicht verbunden waren, sondern aus den falschen Dekretalen des Isidors gestoffen sind. — Allein diese Jurisdiction scheint ein leeres Schatzenbild zu sein, da dem Pabst alle Zweige derselben durch die nachstehende §§. der Punktation entrißen werden; und da er nach Vorschrift derselben wenig mehr zu befehlen hat, so wird sich auch selten eine Gelegenheit äussern, ihm den Kanonischen Gehorsam mit Ehrerbietigkeit leisten zu können.

Qui Jura & Doctrina hujus Congressus vel obiter intuetur, deprehendet, hanc Doctrinam oppido esse falsam, neque in minimo lædi Jura Primatus Divinitus instituti, tantum, ut unitas in essentialibus Religionis Christi conservetur: — Nunquam Primatus hic tantos habuit hostes, quam Seculo XVI. tempore dissidii Religionis, quo Martin. LUTHERUS Papam cum omnibus suis Juribus impugnavit: erant Theologi Orthodoxi, illo tempore plures, qui jus adeo ordinandi & confirmandi Episcopos ad Papam ex Jure Divino pertinere dixerant: his LUTHERUS demonstraverat ad evidentiam, id esse falsum, quia essent jura non Papæ, sed Metropolitanis & Synodis Provincialibus olim propria: hoc demonstrato totum ruere Primatum putabat Lutherus: celebris hujus Antagonista ECKIUS (cujus generis Scriptores inter Orthodoxos illo tempore paucos inveneris) respondit Lib. de Primatu adversus Lutherum C. 3. de Ordinatione & Confirmatione Episcoporum, quid hæc ad Primatum? Quid responderet ECKIUS Scriptori nostro Anti-Episcopali, qui Jura in Convëntu Emsano explicata, quæ in numero jurium majorum nequidem sunt, esse *Papalia* ex jure divino prætendit, atque Episcopum Romanum facit *Mono-Episcopum*? Hic Scriptor ejusque Socii viderint, num in se cadat aurea illa Censura Melchioris CANI insignis tempore Concilii Tridentini Theologi, quam de Theologis sui temporis Catholicis, qui ita scripserant, in locis suis Theol. Com. L. 5. C. 5. tulerat: *Non eget, inquit, Petrus mendacii nostro,*

tiam ajebant, etiam in Disciplinaribus, si exigatur, debitam c),  
alii, bene conscii, se causa cadere, si ex *Titulo Primatus* agerent  
Vindi-

*nostro, nostra adulatione non eget, tot veris & NB. realibus a Christi  
instructus & insignitus prerogativis divinis Summi Pontificis  
Primatus . . . quibus Assentatoribus merito diceret Romanus Pon-  
tifex, quod pacificus Jacob Filiis Simeoni & Levi post Sichemita-  
rum Cladem. Gen. 34: Odiosum fecistis me Chanaanæ & Pherezæis  
„habitoribus terræ hujus“ &c.*

- c) Ita sentit anonymus Author der Historischen Beleuchtungen über  
das sogenannte Resultat des Emser Congresses, samt einer Be-  
leuchtung über die Kölnische Nunziatur-Sache 1787. S. 4. vierte  
Frage: Was hat ein Rechtgläubiger bei dieser Ereigniß über päbst-  
liche Nunziaturen und Dispensationen zu denken? Ubi pag. 154.  
ait: An diesen Mittelpunkt der Einigkeit (den Pabst) muß sich  
alles, was zur allein seligmachenden Kirche gehören will, hinnei-  
gen und anschließen. In der Unterwürfigkeit, ehrfurchtsvollem  
Gehorsam, gänzlicher Uebereinstimmung in der Glaubens- und  
Sittenlehre, auch in den Disciplinär-Gesetzen, wenn es gefo-  
dert wird, bestehet diese Central-Neigung und Vereinigung  
mit dem allgemeinen Mittelpunkte. — Hic si legitur *Cabassutium*  
virum ipsi adeo Summo Pontifici Pio VI. laudatum in *Notit Eccles.*  
*Secl. I. pag. 19. didicisset ab illo: Quod diversa sit ratio Decretorum*  
*fidei, & Decretis exterioris Disciplinæ. . . res fidei constantes ubique*  
*terrarum sint & immutabiles, cum tamen diversi possint pro loco-*  
*rum varietate ac usu ritus existere circa ecclesiasticam Disciplinam,*  
*nulla Ecclesiarum Scissione, ac nullo animarum damno inde subnascente,*  
*nec esse absoluta necessitatis in aliis Orbis christiani partibus & pla-*  
*gis conformationem ad Ritum Ecclesie Romanæ. — Provocat Cabassu-*  
*tius ad auctoritatem S. Augustini, qui Januarium se interrogantem:*  
*Quid agendum sit in his, in quibus Regionum aut Ecclesiarum Con-*  
*suetudines variant? Docuit dicens Ep. 118.: „Quæ per loca terra-*  
*rum regionesque variantur, sicuti est, quod alii jejuntant Sabbato,*  
*„alii*

Vindices Romanæ Curix, ad Personam Patriarchæ occidentis pro-  
 voca-

„alii vero non: alii quotidie communicant Corpori & Sanguini Do-  
 „minico, alicertis diebus accipiunt: alibi nullus Dies intermittitur,  
 „quo non offeratur, alibi Sabbato tantum & Dominico, alibi tan-  
 „tum Dominico, & siquid aliud hujusmodi animadverti potest, to-  
 „tum hoc genus rerum liberas habet Observationes, quod enim  
 „neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, in-  
 „differenter est habendum?“ Quid ad hæc Auctor iste, qui contra-  
 „riam *Augustino* Sententiam fidelium conscientis obtrudere molitur.—  
 Quod nequidem *Leoni IX.* Papæ inciderat, dum in Ep. ad *Misba-*  
*elem Cesular.* Tom. 9. Concil. *Labbei* Col. 966. ait: *Nihil obsunt*  
 SALUTI CREDENTIUM *diverse pro loco & tempore Consuetudines,*  
*quando NB. una fides per dilectionem operans bona, quæ potest, UNI*  
*Deo commendat omnes; & Gratianus* Dist. XI. cap. 8: *Privatis*  
*Constitutionibus & propriis informationibus unaquæque Ecclesia pro*  
*locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit & regitur.*—  
 Quid dixisset Vir iste, si fuisset a Latere & Consiliis *Eugenio IV.*  
 Pontifici, qui post tentatam & multis Laboribus conciliatam Unionem  
 Græcorum cum Latinis in fidei & Religionis articulis Græcos ur-  
 gebat, ut Cœlibatum adinstar Ecclesiæ latinæ in Clero suo recipe-  
 rent, & ne deinceps matrimonia dissolverent quoad vinculum ex  
 causa adulterii, atque in aliis quibusdam disciplinariis sese confor-  
 marent Ecclesiæ Romanæ; sed nihil a Græcis, qui hisce Papæ po-  
 stulatis summopere offendebantur, impetraverat.— Et Papa cessit,  
 prout debuit, & verbis humanissimis se excusavit, Græcosque uni-  
 tos in Pace dimisit; qui in hodiernum usque diem in his non con-  
 cordant cum Ecclesia Romana, quamvis veri sint Catholici, & uniti  
 sint & maneant cum Centro unitatis. Vide *CRABBE Collect. Concil.*  
*Tom. III pag. 479.*— Nunquid secundum Doctrinam Anonymi opor-  
 tuisset Græcos etiam in his gravis sane momenti rebus disciplinariis  
 convenire cum Centro unitatis? At nec fecerant, nec debuerant, fa-  
 tente ipso Papa *Eugenio IV.* salvo cæteroquin manente integro uni-  
 tatis Centro; imo nequidem Decreta disciplinaria Conciliorum Occu-  
 meni-

vocabant, huic legitime quæſita jura tolli exiſtimantes d). Omnes autem conveniunt Jura prædicti Congreſſus Principiis innici hodiernum uſque in Diem adhuc incertis & dubiis e); ita Conventum

menicorum ſunt ex neceſſitate præciſe ab Episcopis Nationum acceptanda, quin, ſi non recipiant, in periculum Schiſmatis, incidant, cum illis opponi etiam ex Sententia Curialistarum poſſit Exceptio *de non recepto*, uti Natio & Eccleſia Germanica Anno 1566. in Comitibus Auguſtanis Decreta diſciplinaria Concilii Tridentini, utur Cardinalis COMMENDONUS Legatus PII V. propria ſibi eloquentia Statibus Imperii perſuadere voluit, non fuerant recepta, cui ſatis erat, quoad Dogmata Germanos illud recepiſſe. *Vid. Contin. Annal. Eccleſ. Raynaldi, ad hunc Annum.*

d) Patriarchis tantum cauſæ quadam majores olim erant propriæ, in reliquis ſinebant & ſinere debebant Jura Episcoporum & ſynodorum integra. — *Vide Can. 5. Conc. Niceni, & Can. 12. Conc. Antiocheni.* — Nulla Patriarchis in Eccleſiis Episcoporum poteſtas immediata conceſſa erat. — Neque Patriarchis ulla Jura competebant, quæ ipsis qua talibus non erant *expreſſo Canone* Eccleſiæ occidentalis reſervata; quis autem demonſtrabit Jura in Conventu prædicto explicata Patriarchæ Romano qua tali *expreſſo Canone* eſſe reſervata? — Quare Pontifices ipſimet hujus tituli inſubſiſtentiam agnoſcentes, nunquam hæc perſona, ſed potius dignitate Primatus malebant uti, conſeii, titulum Patriarchæ eſſe lubricum, ut jura Episcoporum ſibi vendicarent.

e) Merito ordiuntur Archiepiscopi explicationem Jorum ſiſcopalium a Principio; quod CHRISTUS, *non homo*, dederit Episcopis plenitudinem poteſtatis regendi animas ſibi commiſſas, quando ajunt: Art. I. *Chriſtus der Ertiſter unſerer heiligen Kirche hat den Apoſteln und ihren Nachfolgern den Biſchöfen eine unumſchränkte Gewalt zu löſen und zu binden für alle jene Fälle gegeben, wo es die Nothwendigkeit, oder Nutzbarkeit ihrer Kirchen, oder der zu denſelben gehöri gen Gläubigen immer erfordern mag.* — Hoc principium eſſe fundamentum omnium

6 (o)

ventum in Ems & Jura Episcoporum impugnant, qui vera ac genuina Jura ac Principia communi Consensu publico Imperii & Ecclesiae Germaniae agnita, & recepta ignorabant, aut se ignorare dissimularunt.

§. 2.

omnium doctrinarum totius Congressus bene noverant adversarii: quare hoc esse incertum, dubium & adhuc indecisum sub lite pendens esse scripserant: & quidem PRIOR pag. 22., ita ait: Woher ein jeder Bischof die Gewalt seine Heerde zu regieren, oder die bischöfliche Jurisdiction habe, oder ob sie ihm ohnmittelbar von Gott oder von dem Pabst ertheilt werde, ist eine Frage, die in der Kirchenversammlung zu Trient lange und heftige Disputen erweckt hat, und noch nicht entschieden ist. — Alter pag. 12. similiter scribit: Der Satz: ob die Bischöfe ihre Gewalt von Christo oder von dem Römischen Stule haben, ist ein Schulstreit. Es ist hierüber lange in dem Trientischen Kirchenrathe gestritten, aber nichts beschloffen worden; wenn ich nun diesen Satz läugne, so stehen alle diese Folgen und die nachstehende Punctionen auf keinen festen Grund ic. Hos pleno agmine sequuntur alii — Quare, quod vix Germanorum ullus expectasset, in hanc sententiam desceptisse visus est Rdmus Episcopus Princeps Spirensis in seinem Antwortschreiben an seine Kurfürstliche Gnaden zu Mainz, ubi ait: Mir scheint es ganz unlaugbar zu sein, wenn weltliche Landsherren, wenn gewisse Grundsätze, und also auch die daraus gezogene Schlüsse unter Katholiken überhaupt annoch strittig sind, sich in allen diesen Fällen die von den Bischöfen entgegengesetzte Grundsätze bis zur Entscheidung der allgemeinen Kirche aufdringen zu lassen, durch keine Macht können gezwungen werden. — Verum hanc doctrinam Principiis ac Juribus Imperii & Ecclesiae Germanicae communi consensu publico agnitis & receptis e diametro adversari §§. seqq. demonstrabo.



§. 2.

*Jura ac Principia de Potestate Episcopali intuitu Pontificis  
communi Consensu publico Ecclesiae Germanicae & Im-  
perii recepta sancte sunt custodienda.*

Quaecunque Principia ac Jura ab Ecclesia Germanica &  
Imperio *communi Consensu publico* sunt agnita & recepta, quae  
Potestas Episcopalis intuitu Pontificis determinatur, ab omni-  
bus Germanis sancte sunt custodienda f), ut illis neque per  
Con-

---

f) Nullus Germanorum de veritate hujus doctrinae dubitare potest,  
etenim eo ipso, quo principia ac jura, quae potestatis Episcopalis  
exercitium intuitu Pontificis determinant, communi consensu Eccle-  
siae nostrae Nationis & Imperii sunt agnita & recepta, haec transie-  
runt in jura & leges Nationis integrae, quibus Ecclesia nostra &  
Imperium *in sacris* regitur, quas violare nefas foret: & si *in poli-  
ticiis* Status Imperii singuli sive Ecclesiastici sive Seculares adeo ur-  
geant sanctam formae Regiminis in Imperio determinati observan-  
tiam, *cur non in sacris?* Huc pertinet, quod Anno 1338. Electo-  
res Imperii ecclesiastici & Seculares ad Papam scripserunt: „Sanctitati  
„vestrae cum omni Devotione, & in modum, quem possumus melio-  
„rem & humiliorum referimus bono zelo, quod super praemissis &  
„ad consulendum & providendum Sacro-sancto Romano Imperio, cu-  
„jus jura, honores, bona libertates & consuetudines prostrata jacent  
„& a diversis personis Ecclesiasticis & Secularibus sunt & fuerunt ha-  
„erentis in grave praedictum dicti Imperii invasa, occupata & mul-  
„tipliciter conculcata . . . . Cum aliis omnibus Principibus Electori-  
„bus Imperii in unum fuimus congregati, & diversis Deliberationi-  
„bus & Consiliis praemissis, sicut divinae gratiae placuit, omnes una-  
„nimes fuimus, & nullo penitus discrepante pro defensione & recupe-  
„ratione jurium, honorum, libertatum, consuetudinum  
„sacri Romani Imperii ac totius Christianitatis, ad cujus Regimen &  
„De-

Concilium Generale g), neque sola Summi Pontificis auctori-  
tate

„Defensionem idem Imperium principaliter ordinatum dignoscitur;  
„disposuimus & ordinavimus, pro nobis & Successoribus nostris, &  
„firmavimus iurejurando per Sacramenta corporaliter a nobis & omni-  
„bus Co Electoribus nostris praestito; quod jura, honores, bona liber-  
„tates & consuetudines dicti Imperii . . . . manuteneamus defendamus  
„& illibata conservemus toto posse & viribus nostris contra omnes ho-  
„mines cujuscunque Praeminentiae, Dignitatis seu Status existant“.

- g) Ecclesia Gallicana suis utitur Juribus consuetudinibus, ac libertatibus  
communi consensu Regni & Ecclesiae receptis, quae nequidem autho-  
ritate Concilii generalis sine consensu Nationis violari sinunt, teste DE  
MARCA de Conc. Sac. & Imp. L. 3. C. 1. P. 1. ubi ait: „Haec Senten-  
„tia (scilicet de autoritate Summi Pontificis in Concilium generale &  
„vicissim) in foro apud nos non disceptatur. Quin etiam receptos  
„mores & consuetudines nostro usui commodas adeo retinemus, ut,  
„etsi Canone Concilii generalis destituamur, quo illae firmatae sint, ta-  
„men ab iis nobis discedendum esse non censeamus. Quare non est,  
„quod haeceamus in ea regula, quae Romanis stomachum movet, &  
„quae rebus nostris non prospicit ut par est. Fruatur Summus Ponti-  
„fex, aut aequo jure cum Conciliis generalibus aut superiori. Illud  
„unum in foro expendatur, an nova Constitutio vel novum rescrip-  
„tum rebus nostris consulat aut noceat. Si receptos Canones vel re-  
„ceptos mores infringat aliquo pacto, ejus ratio non habebitur, nisi  
„consensu publico accedente“. Ecclesia Germanica quoad Principia,  
ac Jura consensu publico Imperii & Ecclesiae Germanicae agnita, non  
est, nec esse potest deterioris conditionis, ac aliae Nationes: unde in  
actis Imperii publicis tempore Concilii Basileensis & Concordatorum  
repetitam saepius reperies Clausulam: *nisi in futuro Concilio*, NB. DE  
SENSU NATIONIS aliter fuerit ordinatum. Vide Bullam *Eugenii IV*  
in *Tom. I. Conc. Germ* § 4. p. 131. & *Concord. Ascass.* §. 6. 7.—  
Quando in Concilio Tridentino varia Decreta disciplinaria fuerunt con-  
dita Ecclesiae Gallicanae & Nationis nostrae Germanicae noxia, protesta-  
batur

nate b), neque per Imperatorem solum i) nec per Status Imperii

batur Cardinalis Lotharingius: *nequid detrimenti paterentur Sacri Imperii & Germaniae Jura*: atque petiit legitimum suae Protestationis testimonium a Concilio scribis ad acta referri ad perpetuam rei memoriam. — Testem desuper lege minime suspectum Card. PALLAVICINI *Hist. Conc. Trid. L. 23. Cap. 12. §. 8.* — Scio quidem, quod recentes Mogoni, hanc protestationem a Cardinali Lotharingio, *sine Mandato nostrae Nationis* esse factam praetendant; sed hos meminisse oportet, Electores Imperii cum Rege Galliae Anno 1447. iniisse foedus, de conservandis juribus ac libertatibus Imperii in sacris intuitu Pontificis: quod foedus ipsi *loco mandati* erat. Vid. HONTHEIM *Hist. Dipl. Trev. Tom. II. ad annum 1447.* — Demum quando PIUS V. Anno 1566. Cardinalem suum Commendonum miserat ad Comitum Imperii augustana, ut urgeret receptionem Concilii Tridentini respondit nomine Ecclesiae Germaniae Catholicorum Daniel Archiepiscopus Moguntinus: „Status Germaniae Catholicos cunctas Synodi Decisiones si- dem ac mysteriorum Doctrinam concernentes absque ulla restrictione interposita etiam juramenti religione sese recepturos polliceri, aut disciplinaria capita in Concilio reperiri, juribus ac consuetudinibus Ecclesiae Germaniae adversa, quas abolere neque tutum, neque consultum esset“. LADERCHIO *ad Annum 1566. n. 245.* — Vide HORIX *Tract. de fontibus Jure Can. Germ. §. 42.* — Ita quoque ab aliis Nationibus Concilium Tridentinum non fuit receptum, nisi *salvis Juribus ac Principiis* communi Nationum & Regnorum consensu constitutis. Vide ESPEN *Tom. III. Diss. in Jus noviss. §. 6.*

b) Si nequidem Concilium generale derogare possit Juribus ac Principiis Ecclesiae Germanicae *sine Consensu Nationis*, neque Romanus Pontifex id poterit, si enim sint ligatae manus Pontificis, ne praedictet Juribus ac Principiis nostrae Nationis *in Concilio* manebunt quoque ligatae extra Concilium; sed neque dubitandum de sanctitate fidei Germanis datae, siquidem EUGENIUS IV. promiserit Juribus Nationis non derogatum iri, nisi *de Consensu Nationis*.

c) IMPERATOR est *Advocatus Specialis* Ecclesiae Germanicae, atque dif-  
fert

perii singulos sive Seculares sive Ecclesiasticos possit præjudicari sine Consensu publico totius nostræ Nationis k).

§. 3.

ferte in Cap. Cæs. art. XIV. §. 1. promittit, sese Advocatiæ suæ officium interpositurum esse, si a Curia Romana libertates ac jura Ecclesiæ Germanicæ communi consensu agnita & recepta violentur. — Vid Moser in Tract. von den Kaiserlichen Regierungsrechten und Pflichten Kap. 14. §. 7. ubi ait: Die kirchliche Verfassung, oder das geistliche und Kirchen-Regiment in Deutschland betreffend: so ist der Kaiser denselben Schutz schuldig: wenn also die Römisch-katholische Kirchenverfassung in Deutschland im Ganzen Noth leidet, oder angefochten wird, ist der Kaiser denselben Schutz schuldig: dahin gehöret alles, was gegen die Concordaten der Deutschen Nation mit dem Römischen Stule anstosset, und unmittelbar oder mittelbar die Rechte der Deutschen Kirche beleidiget, mithin auch wo die Sache nur eine einige Kirche oder Person betrifft, aber so beschaffen ist, daß sie in der Folge auch alle übrige Kirchen mitberühret, also sich zu einer gemeinsamen Beschwerde qualificirt.

k) Eo ipso, quo jura ac principia communi consensu Imperii & Ecclesiæ germanicæ nituntur, facta sunt jura *Universitatis ac totius Nationis*, quibus particulares Imperii Status sine communi aliorum consensu præjudicare nequeunt: & si nec Concilium, nec Papa, nec Imperator sine consensu Nationis publico ejusmodi Juribus contravenire queat, neque id poterunt Status Imperii singuli. — Porro, si Status Imperii omnes ab AUGUSTISSIMO in Cap. Cæs. exigant, ut hic tueatur jura ac principia Ecclesiæ germanicæ, si hæc a curia Romana violentur, qua ratione sibi licitum esse existimabunt singuli, ut jura consensu publico agnita & recepta cedere possint curiæ Romanæ in præjudicium totius Ecclesiæ germanicæ. — Quare jam pridem Imperium ejusmodi cessiones jurium Ecclesiæ germanicæ a particularibus Imperii Statibus privatis etiam pactis cum curia initis factas aut faciendas cassavit in *Capit. Cæs. Caroli V. §. 16.* in Verbis: *Derhalben auch un-*  
leide

## §. 3.

*Potestatis Episcopalis a Deo descendens Exercitium in Conventu Emsano explicatum nititur Principiis & Juribus communi Consensu Ecclesie Germanicæ & Imperii agnitis.*

*Quod demonstratur 1) ex Codice Canonum auctoritate Caroli M. in Imperio recepto.*

Quodsi Principia & Jura communi Consensu publico Ecclesie Germanicæ & Imperii agnita & recepta ab OMNIBUS sancte sint custodienda (§. præced.) etiam Potestatis Episcopalis Exercitium in Conventu Emsano explicatum intuitu Pontificis ab OMNIBUS sancte servandum erit; etenim nititur Principiis & Juribus communi Consensu Imperii & Ecclesie Germanicæ publico agnitis & receptis: & quidem I.) Codice Canonum sub CAROLO M. in Ecclesia Germanicæ & Imperio recepto & publicato I), quo plenitudo

seidlich und verbothen Gesellschaften und Contracte, oder Bündnisse (als wir bericht) sürgenommen und aufgerichtet werden, das wollen wir mit ihr der Kurfürsten, Fürsten u. abwenden, und sürfommen. Vid. LIMNÆI Cap. Imp. pag. 41.

- I) Auctoritate Imperatoris hunc Codicem in Ecclesia Germanicæ receptum esse & publicatum fatentur omnes, quamvis de tempore, quo id factum fuerit, dubitetur; de quo vide Jo. Christoph. RUDOLPH *Comment. novæ de Codice Canonum, quem HADRIANUS I. P. CAROLO M. dono dedit.* Erlange 1777. P. HARZHEIM *in Digress. Hist. ad S. S. VIII. CC. Germ. Tom. I. p. 349.* eundem vocat FUNDAMENTUM & BASIS omnium Canonum posteriorum in Ecclesiis Germanicæ catholicæ postea conditorum, quare illum Collectioni Conciliorum Germanicæ Tom. I. a p. 131. ex Codic. MS. in Biblioth. Metropolit. Colon. adservato inferendum esse putavit. — Si itaque sit funda-

nitudo Potestatis Episcopalis a Christo descendens *majoribus Causis exceptis in reliquis omnibus diserte agnoscitur & conservatur m)*,  
 &

fundamentum & basis omnium Canonum deinceps in Ecclesia Germaniæ conditorum, ad illum in explicando & determinando potestatis Episcopalis exercitio intuitu Pontificis in Germania merito recurrendum & reflectendum erit.

m) Quæ autem Principia & Jura de potestatis Episcopalis exercitio in hoc Codice reperiuntur? Statuitur 1.) generaliter, *ut unusquisque Episcopus habeat suæ Parochiæ potestatem, ut regat juxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis, quæ sub ejus est civitate: ita ut Presbyteros & Diaconos ordinet & singula suo judicio comprehendat; Item, ut illa faciant Episcopi singuli, quæ Parochiæ propriæ (Diocæsi) & Villis, quæ sub ea sunt, competant.* HARZHEIM loco cit. p. 134. Can. 34. & p. 158 C. 9.

2.) *Monachos per unamquamque Civitatem aut Regionem subiectos esse Episcopos oportet: atque Episcopum convenit Civitatis competentem Monasteriorum providentiam gerere. — Item: Clerici qui ordinantur in Monasteriis, sub Episcoporum, qui in unaquaque Civitate sunt, secundum Ss. Patrum Traditiones potestate permanent.* HARZHEIM loc. cit. pag. 177. Can. 4. 8.

3.) *Qui sunt super Diocæsim Episcopi nequaquam ad Ecclesias, quæ sunt extra præfixos terminos, accedant, nec eas hac Præsumptione confundant, sed juxta Canones singuli Episcopi suas Ecclesias gubernent — Non vocati autem Episcopi, ultra suam Diocæsim non accedant, propter Ordinationes faciendas, vel propter alias Dispensationes Ecclesiasticas.* HARZHEIM loc. cit. p. 167. cap. 2.

4.) *Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem erga omnes, QUI INDIGENT, cum Summa Reverentia & timore Dei, ne vero Episcopus res Ecclesiæ in suos usus domesticos convertat, aut sibimet usurpet, ita ut ex hoc affligantur pauperes.* HARZHEIM p. 160. cap. 25.

5.) Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerunt, se velle conjugio copulari, quia sic manere non possunt: bi si postmodum uxores duxerint, in ministerio manent, propterea, quod eis Episcopus licentiam dederit: quicumque sane tacuerunt & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, & postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debent. HARZHEIM loc. cit. p. 147. Can. 9.

6.) De his, qui communione privantur, seu ex Clero, seu ex Laico Ordine, ab Episcopis per unamquamque Provinciam: Sententia regularis obtineat, ut bi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Et sic, qui suo peccaverunt evidenter Episcopo, ex communicati rationabiliter ab omnibus aestimentur, usquequo vel in communi, vel Episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. HARZHEIM loc. cit. p. 138. cap. 5.

7.) Domine Frater (ait Epistola Concilii Africani ad Papam Cælestinum Seculo V. missa huic Codici germanicæ Ecclesiæ inserta) præfato debitæ salutationis Officio impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in Communionem ultra velitis recipere, quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facile advertet fraternitas sua.— Decreta porro Nicæna prudentissime, justissimeque providerunt, quæcunque negotia in suis locis, ubi orta sunt esse finienda.— Et quomodo ipsum Judicium transmarinum (Romanum) ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus vel propter senectutis infirmitatem, vel multis aliis impedimentis adduci non poterunt?— Nam ut aliqui tanquam a tuæ Sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum.— Quia illud quod pridem per eundem Co-Episcopum nostrum Faustinum (Legatum Papæ) tanquam ex Parte Nicæni Concilii transmisistis, in Conciliis verioribus, quæ accipiuntur Nicæni . . . ex authentico missis, quæ etiam bonæ memoriæ Bonifacio Episcopo Decessori vestro a nobis transmissa sunt, non potuimus reperire (advertite hic Canones Concilii Nicæni jam tunc a Romanis fuisse corruptos) Executores etiam Clericos vestros quibusque potentibus nolite mittere, ne famosum typum Seculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis Deum videre cupientibus præfert, videamur

& quidem eo ipso modo quo Reverendissimi Archiepiscopi quatuor illam in Conventu ante dicto explicarunt n).

§. 4.

*mur inducere; nam de Fratre nostro FAUSTINO (Nuncio Papæ) securi sumus, quod cum probitate ac moderatione tuæ sanctitatis salva fraterna Charitate ulterius Africa minime patiatur. HARTHEIM loc. cit. p. 234.*

- n) Si Positiones hujus Conventus cum juribus & principiis, quæ in hoc Codice in Ecclesia germanica & Imperio agnito & recepto continentur de potestate Episcopali, conferantur, inter se invicem plane conspirare reperies: *proprii Episcopi suam gubernent Diocesis in omnibus*; — Proscribuntur Exemptiones — Episcopi *alieni*, sub quibus etiam *Romanus* continetur, secundum dicta n. 7. *majoribus exceptis* interdicatur omnis potestatis Episcopalis usus; etiam propter faciendas Dispensationes, *sed hæc a PROPRIIS EPISCOPIS concedantur*. — Res & bona Ecclesiastica, ad quæ piæ foundationes pertinent, *secundum indigentiam* auctoritate Episcopi adplicentur; quemadmodum ait Conventus in Ems: Die Bischöfe sind befugt in diesen Fällen zum Besten der Religion, oder des gemeinen Befehs eine fromme Stiftung in eine andere, die NB. den wirklichen Bedürfnissen angemessener ist, zu verändern. — Quando ajunt Art. II. Lit. d. Auch gehöret zu der Gewalt eines jeden Bischofes die Verbindlichkeiten, die aus den heiligen Weihungen entspringen, aufzuheben, und werden dieselbe diese Befügniß bei eintretenden erheblichen und dringenden Ursachen in Ansehung der Sub- und Diaconen gebrauchen: Nihil novi statuunt, etenim secundum hunc Codicem de licentia tacita Episcopi fieri poterat, ut etiam Diaconi ordinati ab Episcopo, *sub Protestatione*, in Ministerio manere potuerint. — Si absque Protestatione fuerint ordinati & professi continentiam, poterant *sine Licentia Episcopi* nubere, sed non manere in Ministerio. — Si itaque secundum Canones sine Licentia Episcopi id fieri poterat, cur non ex causis urgentibus Episcopo dispensante & permittente interdicto dispensatis omni s. Ministerii usu? — Omnes causæ in locis, ubi  
ortæ



## §. 4.

Demonstratur 2) ex *Edictis* CAROLI M. & LUDOVICI Imp.

Quae de Potestatis Episcopalis a Deo descendens Exercitio in Codice Ecclesiae Germanicae praedicto (§. 3.) continentur Jura ac Principia in Ecclesia Nationis nostrae agnita & recepta diser-

ortae sunt, finire debent interdicto Recursu ad Tribunalia Romana.— Et demum, quod notandum est, missio Legatorum Papalium *cum Potestate* & *Jurisdictione* disertis verbis secundum allegata n. 7. hoc Codice reprobatur, quia uti ait Codex, quod aliquis a Latere Sanctitatis suae mittatur, nulla invenitur Patrum Synodo constitutum &c.

*Additio.* Corrigendus hic est manifestus error cl. KÜBELII in Univers. Heidelb. Ss. Can. Prof. qui in suo Libello edito & Coloniae recuso: *Ueber die Geschichten bischöflicher Ehedispensen*, malitiam quaerit in vocabulo *Dispensationis*, dum per totum contra eruditissimum PEREIRA praetendit, facta Episcoporum prioribus Seculis non fuisse *Dispensationes PROPRIAS*, cum haec dentur contra legem existentem & obligantem; quales non fuissent olim facta Episcoporum: e. g. prohibuissent quidem Ss. Canones transitum de una Ecclesia ad aliam *auctoritate privata*, qui tamen licentia Superioris ex causis justis data fuisset licitus.— Hanc licentiam fuisse Dispensationem propriam inficiatur, quia non fuisset contra legem existentem & obligantem.— Hac ratione nullam Dispensationem propriam invenies: interdictum est: *Auctoritate privata* nubere *Consanguineis*; *de Licentia legitimi Superioris* ex causa justa id fieri licet.— Interdictum est *auctoritate privata* retinere plures *Præbendas*: licitum id est *de Licentia Superioris* ex causa justa.— Hanc Licentiam si vocaveris *Dispensationem*, etiam facta Episcoporum prioribus Seculis erant tales.— Porro si tibi displiceat vocabulum *Dispensatio*: substitue *Licentiam* ex causa justa datam ab Episcopo, agendi id, quod *auctoritate privata* fieri ex lege est interdictum.— et sic re ipsa satis consultum erit Potestati Episcopali.

disertis Verbis sub CAROLO M. per Edicta in Imperio & Ecclesia Germanica promulgata confirmantur, sub quo Ecclesia nostra alio nunquam regebatur Principio, quam quod *Episcopi nutu Divino in omnibus* (Causas majores si exceperis) *suas Dioceses gubernare* debeant o), quod ipsum sub LUDOVICO pio in magna

o) Edictum Caroli M. de Anno 770 refert LÜNIG Spic. ecclef. Tom. I. p. 25. *Quaecunque negotia*, ait Imperator, *in suis locis, ubi sunt orta, finienda sunt, sicuti prudentissime justissimeque Decreta Niceni Concilii & Africani decreverunt; & nemini liceat, relictis Episcopis, qui in eadem Provincia Dei Ecclesias NUTU DIVINO gubernant, ad alias convolare Provincias, exceptis causis majoribus, quæ si in medio fuerint devolutæ ad Sedem Apostolicam post Judicium Episcopale referantur.* — En! *nutu Dei*, non hominis, Episcopi Ecclesias suas secundum Ss. Canones in Codice antedicto contentos gubernent! solum majores causæ hic excipiuntur, exceptæ etiam in Congressu Emsano! Pergit idem Imperator: *Servetur, quæ scripta est de Gubernationibus Ecclesiarum regula, sicuti Nicæno constat decretum Concilio: & quaecunque sunt ad Religionis substantiam pertinentia locis suis & a suæ Diocesis Synodis audiantur.* — In alio Edicto de Anno 800. ait Imperator: *Præcipientes jubemus, ut nullus quilibet ex fidelibus nostris a minimo usque ad maximum, in his, quæ ad Deum pertinent, EPISCOPO suo inobediens esse audeat, sed cum bona voluntate & omni mansuetudine subjectionis unusquisque propter Deum & Pacis studium obtemperare studeat, in his, quæ administrum illorum pertinent, atque talem potestatem habere permittant, qualem restitudo ecclesiastica docet.* Vid. LÜNIG loc. cit. p. 40. — In alio Edicto de Anno 806. inquit: *Volumus atque præcipimus, ut omnes Summo Deo, cujus vice in Ecclesia (Episcopi) funguntur, obediens existant: de illis enim dictum est, qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit.* LÜNIG loc. cit. p. 41. — Cum his Principiis ac Juribus illa Conventus Emsani apprime consonant, repugnant autem palam, quæ a Scriptoribus Anti-Episcopalibus obtruduntur.

magna Synodo Aquisgranensi A. 816. habita agnitum & confirmatum esse reperitur p).

§. 5.

Demonstratur 3) ex Actis in Ecclesia Germanica & Imperio sub **LOTHARIO I.** & **CAROLO II.** Impp.

Quando Anno 833. sub **LOTHARIO I.** omnes Imperii Episcopi in unum erant congregati, eandem Sententiam de plenitudine Potestatis Episcopalis a Deo, non ab homine datæ gubernandi Ecclesias & animas sibi commissas disertis Verbis acceperunt q); quemadmodum similiter **CAROLUS II.** Imperator Anno

p) Huic Synodo, teste **P. HARTZHEIM**, Episcopi & Abbates 363 erant presentes: Tom. I. p. 430. Patres hujus Synodi Can. IX. de Potestate Episcoporum ita loquuntur: *Hic (D. Petrus) ligandi solvendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute sua prædicationis perduxit; sed & ceteri Apostoli cum Petro par Consortium honoris & Potestatis acceperunt, qui etiam in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt, quibusque decedentibus successerunt Episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in Sedibus Apostolorum.* — Et Can. 37. ajunt: *Horum profecto nunc in Ecclesia Episcopi locum tenentes; solvendi atque ligandi auctoritatem suscipiunt . . . ab his causis pensanda sunt, & tunc ligandi atque solvendi Potestas exercenda.* — Can. 42. statuunt: *Causas omnes in suis locis ubi ortæ sunt, esse finiendas.* Nonne hic plenitudo potestatis Episcopalis, que a Deo Episcopis cœu Apostolorum Successoribus data est par & æqualis, ligandi atque solvendi generaliter integra conservatur, majoribus exceptis? exercenda in omnibus negotiis, si causa canonice exigant?

q) Edictum generalis hujus Conventus Episcoporum Imperii refert **GOLDASTUS** Tom. II. *Constit. Imp.* p. 86. Episcopi ordiuntur a Potestate  
C  
Epis-

Anno 878. ad Sedem Apostolicam, a qua Jura Episcoporum Imperii contra Edicta & Constitutiones Antecessorum suorum CAROLI M. & LUDOVICI pii violari cœperant, Literas dedit inhæstivas de conservanda integra Potestate Episcoporum divinitus instituta, *Causis majoribus duntaxat exceptis r*).

§. 6.

Episcoporum sequentibus Verbis: *Omnibus in christiana Religione constitutis scire convenit, quale sit ministerium Episcoporum, qualisque vigilantia & sollicitudo eis circa salutem cunctorum adhibenda sit, quos constat esse Vicarios Christi & Clavigeros Regni Calorum; quibus a Christo tanta collata est Potestas, ut, quodcumque ligaverint super Terram, sit ligatum & in Cælo &c. Vide sis idem Diploma apud LÜNIG loc. cit. p. 111. — Quis Germanorum de vera & sincera hac Imperii & omnium Ecclesiæ germanicæ Episcoporum sententia circa potestatem & Jura Episcoporum adhuc dubitare poterit?*

- r) Exordium suarum literarum sumit Imperator ab Edictis CAROLI M. & LUDOVICI pii, queis jubentur servari integra Episcoporum jura in decidendis causis & negotiis suarum Diocesium, majoribus causis exceptis, quæ in transalpinis Regionibus servata, & quando necessitas postulavit, data fuissent executioni. Deinceps conqueritur, hæc edicta a sede apostolica violari; demum §. 4. instruit Papam de potestate Episcoporum in modum sequentem: *Sicut Dei virtus Christus & Dei sapientia ordinem ac dignitatem Apostolorum & septuaginta Discipulorum in Carnis præsentia distinxit, ut Lætio S. Evangelii patenter ostendit: ita idem ipse, per quem Reges regnant, & Conditores legum justa decernunt, sacris Legibus & Canonibus Spiritu suo conditis, & totius mundi reverentia consecratis, ordinem & dignitatem Episcoporum, qui locum tenent in Ecclesia Apostolorum . . . . discrevit, quapropter ab omnibus honorandi ac venerandi sunt pro Patribus nati Filii, id est, pro Apostolis ordinati Episcopi, & Ordinis dignitate & illius honore, qui eis in Apostolis dixit: qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. — Demum §. 25. concludit*

lm.

§. 6.

Demonstratur 4) ex Comitibus Wormatiensibus  
sub HENRICO IV. Imp.

Quemadmodum Seculo XI. Episcopi Imperii variis Ordinationibus particularibus tum in- tum extra Synodos editis hæc Principia de Potestate sua conformiter Ediētis Imperatorum & Legibus Ecclesiæ Germanicæ constanter retinuerant s);  
ita

---

Imperator verbis Symmachi Pontificis: *Cum ad trinitatis instar, cujus una est atque indivisa potestas, unum sit per diversos Antistites Sacerdotium*, quomodo statuta priorum a sequentibus convenit violari?

- s) Concilium Sale-Gunzadiense Provinciale Moguntinum Anno 1022. habitum Can. 17. apud HARTHEIM T. 3 CC. Germ. pag. 57. ita statuit: „Quia multi tanta mentis suæ falluntur astutia, ut in aliquo capiti tali Crimine inculpati, poenitentiam a suis Sacerdotibus accipere non vult; in hoc maxime confisi, ut Romam petentibus Apostolicis omnium dimittat peccata; sancto Concilio visum est, ut talis indulgentia illis non proficit: sed prius juxta modum delicti poenitentiam a suis Sacerdotibus injunctam adimpleant, & tunc Romam ire, si velint, ab Episcopo proprio licentiam & Epistolam ad Apostolicum ex iisdem rebus referendum“. — Idem jam antea ordinaverat AHTO seu HATTO Episcopus Basileensis in Capitulari suo Seculo IX. ineunte edito. Can. 18. „Nullus ordinatus sive ordinandus migrer de sua Parochia ad aliam, nec ad Limina Apostolorum causa orationis, Ecclesiæ suæ Cura derelicta, nec ad Palatium causa interpellandi: nec a Communionem suspensus ab alio communionem recipiendi sine permissione & prescientia Episcopi sui: quod si fecerit, nil valet hujusmodi Communio, aut Ordinatio, aut Demigratio. Et hoc omnibus fidelibus denunciandum: ut qui causa Orationis ad Limina beatorum Apostolorum pergere cupiunt, domi consistantur  
„pecca-

ita denuo ætate Hildebrandi Papæ dicti GREGORII VII., sub quo Exercitium potestatis Episcopalis a Deo datæ, ejusque Jura ac Principia desuper communi Consensu publico Imperii & Ecclesiæ Germanicæ agnita & recepta extreme periclitabantur, sub HENRICO IV. Imperatore potestas Episcopalis ejusque Jura divinitus instituta in Comitibus *Wormatiensibus* Anno 1076. habitis Auctoritate Cæsaris ac Archi- & Episcoporum Germaniæ firmata, mutantebantur t).

§. 7.

„peccata sua, & sic proficiantur: quia a proprio Episcopo suo, „aut Sacerdote ligandi, aut exsolvendi sunt, non ab extraneo“. Vide HARTHEIM *Tom. II. CC. Germ. p. 19.* — Ex quibus patet Ecclesiam Germaniæ Ecclesiæ Romanæ potestatem immediatam in Imperio in præjudicium potestatis Episcopalis a Deo datæ non agnovisse.

7) Acta horum Comitiorum integra adfert LÜDIG Spic. eccles. Tom. I. p. 143. ubi postquam Proceres Imperii præmiserant gravissimas de turbatis Imperii & ecclesiæ Juribus querelas, ajunt: „Omnem Potestatem a Papa ab Episcopis auferri, quæ eis divinitus per gratiam Spiritus S., qui maxime in Ordinationibus operatur, collata esse dignoscitur, non esse jam Episcopum, nisi qui hæc aliunde remendicasset, omnem Apostolicæ Institutionis Vigorem, & illam pulcherrimam membrorum Christi distributionem, quam Doctor Gentium toties commendat, & inculcat, misceri, indebitam Romano Pontifici potentiam arrogari, ut debita universa fraternitati jura destrueret; quando asserit: Si cujuscumque Episcoporum Patrochiani aliquod delictum vel sola fama ad illum perveniat, ultra jam non habere quendam Episcoporum aliquam potestatem vel ligandi vel solvendi, præter pontificem, aut eum, quem specialiter ad hoc delegasset; quæ sententia, quod omnem insaniam excedat, quis in sacris Literis eruditus non videret? — Hoc Episcoporum in Comitibus de potestate episcopali integra a Deo data sententia

§. 7.

Demonstratur 5) ex Concordato inter FRIDERICUM I. Imperatorem  
& ALEXANDRUM III. Pontificem Anno 1176. inito.  
Cui non obstant Principia contraria tunc Corpori  
Juris Canonici inserta.

Etiam in medio Temporum, quibus Romanus Pontifex sibi  
Potestatem immediatam in Ecclesias alias exteras assumpsit, Ec-  
clesia Germanica & Imperium potestatem Episcoporum Germa-  
niæ a Deo datam, secundum Leges nostræ Nationis & Imperii  
studuit conservare integram, ceu Concordatum Anno 1176. in-  
ter FRIDERICUM I. Imp. & ALEXANDRUM III. Pontificem u) testa-  
tur,

rentia erat, & est *pragmatica* nostræ Ecclesiæ germanicæ, cui præ-  
judicare quidem voluit GREGORIUS VII. sed *non potuit*. — Brevi  
antea Anno 1074. simili jam attentato ejusdem Pontificis resistit  
in Synodo Theoduvinus Leodiensis Episcopus, quando Abbas S. Hu-  
berti exemptionem a potestate episcopali retulisse Roma accusabatur:  
& coram Patribus Synodi inquisitus fuit: *Cur Romam ire? cur Ecce-  
siam S. Huberti, quæ Leodiensis Episcopi esset Apostolico Juri man-  
cipare? cur eam S. Mariae & S. Lamberto vellet tollere? postremo  
cur ipse suus Abbas esset, nec ejus Legatione esset functus, Epistolas  
a Romana Sede sibi contrarias afferre præsumisset*. — Tandem GRE-  
GORIUS VII., ut Abbas in gratiam Episcopi rediret, literis ad Epis-  
copum Leodiensem datis declaravit: *nihil contra honorem, & in  
detrimentum Ecclesiæ Leodiensis a se actum*. Vide HARTZHEIM Tom.  
III. CC. Germ. p. 166. 177.

u) Concordatum hoc inter alios memorabilem Articulum continet, qui  
ita sonat: *universi Clerici, qui sunt extra TEUTONICUM REGNUM  
Dispositioni & Judicio D. Papæ Alexandri, successorumque ipsius,*

( 0 )

tur, plurimorum Imperii Principum tum Ecclesiasticorum tum  
Secularium accedente Consensu x); quæ itaque illa ætate Decre-  
talis & Corpori Juris Canonici communis Auctoritate solius  
Pontificis tunc desuper editis, inserta sunt Principia potestati Epis-  
copali noxia, Juribus Ecclesiæ Germanicæ & Imperii de potestate  
Episco-

---

Et Romana Ecclesiæ relinquuntur. Vid. LÜNIG Spic. eccles. Tom.  
I. p. 163. — Hoc ipso pacto differentia statuitur inter *Clerum Teutoni-  
cum*, & *non teutonicum* seu Italia; in hunc tantum Pontifici potestas  
& Jurisdictio immediata conceditur, *non in illum* — ratio hujus Con-  
cordati & Differentiæ quærenda est in historia illorum temporum:  
scilicet illo tempore, quo ex suppositiis Decretalibus Isidorianis Orbi  
imponi cæperat, Auctoritas Episcoporum Germaniæ a Deo datæ intui-  
tu suarum Ecclesiarum & Cleri inferioris intemerata mansit, & nulla  
romano Pontifici potestas immediata in Ecclesiam Germanicam in Im-  
perio & ejusdem Clerum concessa fuit, adeo. ut nulla quidem adpel-  
latio transalpes in causis minoribus attenderetur; ceu in §§. præceden-  
tibus demonstratum iveram. — A tempore autem inclarescentis Seculo  
XII. studii universitatis Bononiensis, Juventus nostra teutonica prin-  
cipiis romanis ex falsis Decretalibus Isidori depromtis imbui, atque  
transalpina Judicia quærere, Absolutiones, Dispensationes, Confir-  
mationes, Exemptiones & similia Romæ sollicitare cæperat. — Hisce  
recursum romam susceptis, utpote contrariis Imperii & Ecclesiæ Ger-  
manicæ Juribus, & principiis communi consensu agnitis & retentis sese  
opposituerat FRIDERICUS I. Imperator, atque nostræ Nationi per ex-  
pressum Concordatum de Consensu Principum Imperii prospexit,  
quando Clerum non teutonicum Judicio & Potestati Pontificis imme-  
diatæ reliquit, Teutonicum vero Potestati Episcoporum suorum imme-  
diatæ relinquendum esse concordavit, consentiente & ratificante hoc  
pactum ALEXANDRO III. Pontifice.

\*) Diploma hujus Consensus Principum Imperii vide apud LÜNIG loc.  
cit. pag. 164.



Episcopali communi Consensu agnitis & receptis obstare non poterant y).

§. 8.

7) Alia ab hoc Concordato Germanico principia in Decretalibus & Corpore Juris Canonici communis in singulis fere paginis reperies. — Sed num summi Pontifices huic pacto, principiis & Juribus Ecclesiae Germanicae in Imperio toties consensu publico agnitis & receptis poterant derogare? minime. Vide supra §. 2. in notis Lit. g. & h. — Porro Jura hae Ecclesiae Germaniae adeo sancte custodita & in contradictorio firmata ac conservata *specialia* sunt, quae sunt exprimenda, ut iis censeatur derogatum. Arg. C. 1. de Constit. in 6. — Imo etiam si specialis eorum facta esset mentio, tamen *sive consensu Nationis*, illis praedjudicari non poterat. — (§. 2.) Demum si ipsemet FEBRONIUS retractans in Commentario suo in retractationem edito Ecclesiae romanae minime suspecto pag. 229. doceat: *generatim potestatem Episcopalem per reservationes papales quidem limitari posse in exercitio: si id NECESSITAS AUT UTILITAS ECCLESIAE POSTULAT.* — Sed quis eo casu cognoscat? pergit, *An revera adsit necessitas aut utilitas Ecclesiae? Re Episcopus, qui a Spiritu S. positus est regere Ecclesiam suam: Si, inquam ad Limitationem exercitii potestatis Episcopalis, quam a Deo datam ipse agnoscit, generatim ex doctrina Febronii penitentis a sede apostolica ipsamet approbata & laudata requiratur Judicium & Consensus Episcopi, de cujus Jure agitur: quanto magis necessarium erit judicium & Consensus Ecclesiae Germanicae, ut per Decretales reservatorias summorum Pontificum Jura Episcoporum Germaniae & Imperii Consensu publico agnita legitime limitata esse dici queant? — Ex quibus patet, reservationes papales quoad jura Episcoporum Germaniae hucusque adeo sancte custodita & retenta in Imperio nullius esse auctoritatis, consensu publico Ecclesiae Germanicae non accedente.*



§. 8.

*Nec obstant Recursus ea. etate Roman facti.*

Duplicem ea etate ad Romanum Pontificem Recursum esse factum reperio: alterum ab *Episcopis*, Papam consultando, alterum ab eorum subditis a Romano Pontifice gratiam sollicitando, quam a suis Episcopis habere poterant: verum neuter obest, nec obesse potest, Juribus Episcoporum divinitus institutis in Ecclesia Germanica continuo agnitis & custoditis. Siquidem prior ex Confessione Summorum Pontificum non erat necessitatis 2),  
*alter*

2) Exemplis & inductione veritas hujus Doctrinae facile demonstratur: URBANUS III. C. 3. de conjugio leproso, ait: licet ad ea, super quibus nos fraternitas tua consulere voluit, TE SUFFICERE arbitremur; quia tamen ad majorem certitudinem judicium nostrum pastorali sollicitudine requiris, nos ad inquisitiones vestras officii nostri sine debito respondemus &c. hic Pontifex in causis & impedimentis matrimonialibus solam potestatem Episcopalem sufficere declarat. — Similiter CAELESTINUS III. in cap. 4. de eo, qui cognoscit consanguineam &c. quia super his Consilium nostrum requisisti respondemus &c. idem Cap. 5. eod. ait: Super eo, quod postulas edoceri respondemus &c. INNOCENTIUS III. cap. 5. de Consanguin. & affin. inquit: quod super his articulis qui tibi aliquam dubitationem inducunt, nostrum ducis Consilium requivendum, & ad ea exequenda, quae officium exposculant pastorale, ap. sedis procuras auxilium invocare, sollicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendamus & postulationibus tuis grato animo respondemus &c. Idem in Cap. 6. de Cogn. Spirit. ait: Tua nos duxit discretio consulendos &c. Idem Cap. 8. de Consang. inquit: tua nos duxit fraternitas consulendos &c. ALEXANDER III. in Cap. 2. de frigid. & malef. ait: quod sedem apostolicam consulisti super his, quae tibi dubia existunt, gratum gerimus & acceptum, &

*alter nihil operabatur pro subditis recurrentibus & impetrantibus sine speciali Consensu Episcoporum aa).*

S. 9.

*Et tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur &c.*  
 — Ejusmodi testimoniis Pontificum *de Arbitrario* non necessario Episcoporum recurſu Romam abundant Decretales præcipue ſi partem reſecaram legeris: quis vero ex his eliciet *neceſſitatem recurrendi* in præjudicium jurium Episcopialium Eccleſiæ germanicæ. — *Similis recurſus* non excluditur, ſed potius reſervatur in Conventu Emaſano, dum Art. II. lit. b.) dicitur: wobei es jedem Erz- und Biſchofe frei bleibt in vorfommenden bedenklichen Fällen ſich bei ſeiner päbſtlichen Heiligkeit Natches zu erholen. — Imo Pontifices ab Episcopis ita conſulti quandoque diſerte agnoverunt: *ſtandum eſſe legibus & Conſuetudinibus aliarum Eccleſiarum & Nationum in Cauſis matrimonialibus.* Vide Cap. 1. de cogn. Spirit. in verbis finalibus: *niſi conſuetudo Eccleſiæ aliter ſe habere noſcatur.* — Cap. 2. eodem in verbis: *de his (impedimentis matrimonii) volumus te conſuetudinem tuæ Metropolitanæ Eccleſiæ vel aliarum circumpoſitarum Eccleſiarum inquirere & diligentius imitari.* — Cap. 3. de Conſang. in verbis: *unde hac in parte conſultius duximus multitudini & obſervatæ conſuetudini deſervendum quam aliud in diſſenſionem & ſcandalum populi ſtatuendum quædam adhibita novitate &c.*

aa) *Sine Conſensu Episcopi proprii alienus Episcopus nihil poterat in Diceceſi non ſua: & ſiquis Episcopus ad alienam Diceceſin acceſſerit, proprio Episcopo non conſentiente ſuper eccleſiaſticis negotiis, ad eum non pertinentibus, componendis, irrita erant, quæ ab ipſo ſunt geſta.* Vide Cod. Canonum Eccleſiæ Germ. apud HARTHEIM Tom. I. CC. Germ. p. 158. Can. 10. — *Sed conſentiente Episcopo proprio ab alieno geſta negotia rata erant.* Verum ex hiſce actibus in aliena Diceceſi nonniſi dependenter a voluntate & conſensu Episcopi proprii & precario exercitis nec minimum præjudicium poterat generari Episcopo proprio ejuſque Suceſſori, cui ſacri Canones totius mundi reverentia conſecrati jus ſuum conſtanter conſervarunt contra Episcopos

## §. 9.

Demonstratur 6) ex Constitutionibus Imperii a FRIDERICO II.  
RUDOLPHO I. & ALBERTO Seculis XIII. & XIV. editis.

Non minori zelo Successores FRIDERICI I. Imperat. pote-  
statem Archi- & Episcoporum Germaniæ in SACRIS tueban-  
tur: etenim FRIDERICUS II. Anno 1235. bb) RUDOLPHUS I.  
An.

pos alienos: Ita etiam recursus ab Episcoporum subditis Romam fa-  
cti sunt, & solum fieri legitime poterant pro gratis impetrandis  
*dependentem a voluntate & consensu Episcopi proprii*: ceu supra §. 5.  
demonstravi, ex quo Episcoporum juribus adeo sancte custoditis præ-  
judicari non potuit. — Imo ipsimet Pontifices necessitatem & con-  
sensum proprii Diocesani ad validitatem gratiarum agnoverunt, quas  
dederant: sic Diploma gratiæ a Clemente VI. Anno 1343. pro Dia-  
cesi Trevirensi datum palam continet Clausulam: *Dummodo supra-*  
*dicti Domini Archiepiscopi Trevirensis Diocesani loci voluntas ad id*  
*accesserit & consensus*. Vide HONTHEIM *Hist. Diplom. Trev. Tom. II.*  
*p. 156.* Similiter duo Diplomata gratiæ apostolicæ sub Joanne XXII.  
Pontifice Ecclesiæ Vilicensi datæ Avenione 1329. adhuc inedita, aper-  
te eandem loquuntur Clausulam: *Dummodo voluntas Diocesani lo-*  
*ci ad id accesserit & consensus*. — Quinimo Concilium generale VIEN-  
NENSE sub Clemente V. habitum ad reprimendos hosce recursus  
excitavit Episcopos & locorum Diocesanos, *ne literas gratiæ aposto-*  
*licas dari executioni permittant, antequam illas examinaverint dili-*  
*genter*. — Constitutionem hujus Concilii receptam reperies in Sta-  
tutis Colonienfis antiquis sub WALRAMO Archiepiscopo editis  
Anno 1338. p. 131.

bb) Recessum Imperii hoc Anno sub *Fridevico II.* conditum refert  
DE SENKENBERG in *Collect. Recept. Imp. T. I. p. 19. seqq.* qui  
Cap. XV. ita habet: *Von geistlichen Dingen: Wir gepieten das*

MAN

An. 1281. cc), & ALBERTUS An. 1303. dd) edictis publicis in Imperio editis mandarunt in sacris Archiepiscoporum & Episcoporum Legibus & Ordinationibus ac Consiliis AB OMNIBUS secundum Ss. Canones obediendum esse.

§. IO.

Demonstratur 7) ex Actis in Imperio & Ecclesia Germanica Se- culo XV. tempore CC. CONSTANTIENSIS & BASILEENSIS.

Eadem Principia & Jura de Potestate episcopali Ecclesia Germanica & Imperium contra Abusus & Præfensiones Curia Romanæ conservavit integra tempore Conciliorum Constantiensis & Basileensis, quo *Causas majores* Romam tantum deferendas esse con-

man in allem in geistlichen Dingen noch gepot und noch ratt der Erzbischof sich halt, und der Bischof nach geistlichem Recht und wer dawider ist den sol man haben für ungläubig.

cc) Eadem Ordinationem a Rudolpho confirmatam. Vide loc. cit. p. 31. ibi: Wir gebeten vestinliche, daz man in allem an geistlichen Dingen nach Gebote und nach rate der Erzbischofe sich halte und dee Bischofe nach geistlichem Rechte.

dd) Confirmatio ALBERTI relata loc. cit. pag. 40. ita ait §. 20. von geistlichen Dingen: Wir gepieten auch fleissiglich, daß man in allem an geistlichen Dingen noch gepot, und noch Rat der Erzbischof sich halt und der Bischof nach geistlichem Recht, wer dawider ist, den sol man haben für einen Ungläubigen. — Ita Imperatores & Reges tuebantur jura Episcoporum Germania in sacris contra principia in Decretalibus contenta, quibus Romanorum Pontificum & Legatorum ab iis missorum potestas immediata stabiliri, & quasi status in statu introduci & confundi Ordo hierarchicus coeperat. Vid. Cap. ult. de Off. Leg.

confenserat, *minoribus omnibus absque exceptione sive sint contentiosæ, sive voluntariæ Jurisdictionis Episcopalis Domi in Germania autoritate Ordinariorum expediendis & finaliter decidendis ee).*

§. II.

ee) Declaratio & consensus Nationis & Ecclesiæ germanicæ extat in Decretis Basileensibus Anno 1439. receptis & 1446. accedente EUGENIO IV. consensu firmatis, quibus statuitur: *quod in partibus ultra quatuor Diœtas a Romana Curia distantibus omnes quæcunque causæ, exceptis majoribus in jure expressè enumeratis . . . apud illos Judices nationales in partibus, ubi ortæ sunt, terminentur & finiantur.* Vid. Tom. I. Concord. Germ. p. 126. — Hoc Decreto potestatem immediatam Episcoporum a Deo datam conservari integram non solum in actibus contentiosæ sed etiam voluntariæ jurisdictionis recte docuit cl. & erud. GREGEL in *Diss. de Juribus Nationi germanicæ ex acceptatione Decretorum Basileensium quæstis edita Moguntia, Anno 1787.* ubi §. 124. ita ait: „Non tantum in contentiosis verum „etiam in causis jurisdictionis voluntariæ ordinariam potestatem Episcopis restitutam esse, evincunt 1) verba Decreti generalia, quæ „ad nullam causarum speciem restricta, *de causis potius quibuscunque loquuntur*, de utroque igitur causarum genere intelligenda sunt, potissimum si 2) Spiritum legis meditemur; Concilium „enim in exordio Decreti conqueritur ordinem hierarchicum hucusque turbatum fuisse, cum Judicibus Ordinariis sua jurisdictionio non servaretur; sed hic ordo non minus per actus jurisdictionis voluntariæ ab alio, quam ordinario exercitos perturbatur; & „si 3) in contentiosis ideo iudices in partibus constituendi sunt, ne „legum particularium cujusque Diœcesis, jurium & morum patriæ „ignari inferendis sententiis jura partium lædant, aut, quod pejus „esset, animo a juribus Nationis alieno ad causas decidendas accedant, quidni idem periculum in causis jurisdictionis voluntariæ ingruat? Quarum pleræque, ut Dispensationes, absolutiones a Censuris, relaxationes juramentorum &c. præviam cognitionem requirunt.

§. II.

Ostenditur 3) ex Consensu & Constitutionibus Imperii atque Ecclesie germanicæ Catholicorum sub CAROLO V. Imp.

Plenitudo Potestatis Episcopalis ceu a Christo descendens firmum etiam præsidium reperit in Actis publicis ac Constitutionibus Imperii & Ecclesie germanicæ Catholicorum Seculo XVI. tem.

„runt. Denique 4) Concilium queritur per disceptationem causa-  
rum coram tribunalibus Urbis facultates Regnorum exhaustas fuisse;  
verum etiam actus jurisdictionis voluntariæ non gratis expediri  
constat; imperfectam igitur huic gravamini medelam adhibuisset  
Concilium, si tantum jurisdictionem contentiosam iudicibus ordi-  
nariis restituisset. Hæc tamen certe non fuit mens Concilii, ut  
summæ pecuniarum pro actibus jurisdictionis voluntariæ Romam  
missæ deinceps ab Ordinariis exigenterentur, sed ab omnibus potius Ec-  
clesiæ ministris gratis administrari voluit, quæ gratis acceperunt,  
ne sacros Canones sola lucri cupiditate capti facile violarent. — His  
Rationibus addo aliam, eamque magis convincentem ab omnibus  
Statibus Imperii ecclesiasticis & secularibus admittendam; hæc De-  
creta & Concordata Principum ex Avisamentis, federibus & Unio-  
nibus præcedentibus explicanda sunt: Status autem Imperii ecclesia-  
stici & seculares inita duplici Unione Annis 1426. & 1440. inter se pa-  
cificabantur non solum de potestate episcopali in contentiosis, sed etiam  
actibus voluntariæ jurisdictionis conservandis; ut quidquid a Ponti-  
fice sive mediate sive immediate, quocunque demum modo in præ-  
judicium & damnum potestatis episcopalis etiam in gratiosis impo-  
sterum agi & concedi contingerit, nullum sit & irritum; Verba Unio-  
nis ita sonant: Cap. 20. Item soll der Pabst allen Erzbischöfen und  
Bischöfen in unserer Nation, wann geschehe, daß er oder seine  
Nachfahrer, in eigener oder andern Auctorität, durch Vergessen-  
heit

tempore diffidii Religionis sub CAROLO V. Imperatore, qui tum in Reformatione a se Statibus Imperii A. 1541. in Comitibus Ratisbonensibus propositæ articulo XVIII; de Ecclesia, hierarchico ordine, & auctoritate in constituenda Ecclesiæ politia ff). Tum etiam in Con-

heit vielleicht oder Unachtsamkeit geirret, oder auch durch Unge-  
stümigkeit der Redner dahin gebracht, oder sonst durch andern Fall  
zu Nachtheil und Schaden der Bischöfen etwas statuiren oder ver-  
geben, gestatten und zulassen, daß ein jeder Erzbischof und Bischof  
solches mag cassiren und nichtig machen etc. Literas has Unionis  
vide in Fasciculo I. ad Concord. Germ. pag. 49. & apud LÜDIG  
Reichs Archiv Part. gen. cont. p. 32. — Ex qua Unione Statuum  
Imperii, manifeste consequitur tempore illo jura Episcoporum OM-  
NIA a Natione & Imperio contra Sedem apostolicam etiam in acti-  
bus voluntariæ Jurisdictionis conservata fuisse integra.

f) Reformationem hanc refert GOLDASTUS Tom. II. Constit. Imp.  
ed. 1609. pag. 183. sub Titulo: *Liber a Cæsare propositus, ad ra-  
tionem concordie inuendam in Controversiis Religionis.* — In hoc Im-  
perator. art. 18. ita ait: „*Quamobrem, ut D. Cyprianus inquit,*  
„*Ecclesiæ unitas firmiter tuenda & vindicanda est, maxime ab Epis-*  
„*copis, qui in Ecclesia Apostolorum loco præsident, ut Episcopatum*  
„*quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Episcopatus liqui-*  
„*dem unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia*  
„*una est, quæ in multitudinem, latius incremento fecunditatis exi-*  
„*stenditur, quomodo solis multi radii, sed lumen unum, & rami*  
„*arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum.* — Proinde  
„*quoque Christus, quamvis Apostolis omnibus, ut idem Cyprianus*  
„*ait: post Resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, tamen*  
„*ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem Originem ab uno inci-*  
„*ipientem sua auctoritate disposuit. Hoc enim, ut subjicit, erant uti-*  
„*que ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari Consortio præditi, &*  
„*honoris & potestatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur, ut*  
„*Eccle-*



Constitutione Imperii de Anno 1548. in Comitibus Augustanis edita  
ac recepta eadem Principia ac Jura de Potestatis Episcopalis ple-  
nitu-

„*Ecclesia una monstratur. Hactenus ille.* — Hinc scripturæ Petrum  
„veluti verticem, & os, Principem Apostolorum describunt, cui  
„Christus nedum potestatem, sed & nomen suum communicavit.  
„Etsi non ipsi soli, sed tamen ipsi principaliter cum aliis: ut uni-  
„tas Ecclesiæ insinuaretur, præcipuam sollicitudinem, dum ei pascen-  
„das oves committeret. Joan. 21. imposuit, & curam confirman-  
„di fratres in ædificationem & robur Ecclesiæ injunxit. Luc. 22.  
„Quam & statim in exordio Ecclesiæ suscepisse videtur. Quemad-  
„modum in Actis Apostolorum legimus Cap. nono, quod transive-  
„rit & inviserit universos. Quam tamen non in destructionem eo-  
„rum, quæ ceteri bene ædificassent, sed in confirmationem magis  
„contulit, cum scilicet agnosceretur Evangelium per ceteros prædi-  
„catum per omnia respondere Evangelio sui Apostolatus: atque adeo  
„unum & idem Evangelium omnium esse. Quæ & Paulo fuit causa  
„proficiscendi Hierusalem, & conferendi Evangelium cum Petro, Ja-  
„cobo, Joanne. Gal. 2. Non quod Evangelium per Paulum præ-  
„dicatum, id quod a solo Deo acceperat, ab illorum autoritate  
„penderet, sed ut illi eandem prædicationis gratiam in Paulo agnos-  
„centes, dextras ei societatis, quod est concordia & convenientiæ  
„signum, darent, & eo signo Ecclesias in fidei & Charitatis vinculo  
„confirmarent, ut inter ceteras Tertullianus testatur. — Et quia Chri-  
„stus hanc Ecclesiæ unitatem hierarchico Ordine usque ad finem du-  
„rare voluit, ideo in locum Apostolorum, divina nimirum dispen-  
„satione, successerunt Episcopi, qui *singuli singulis Ecclesiis* ut Hiero-  
„nimus inquit, *in Schismatis remedium propositi sint ne unusquisque*  
„*ad se trahens Ecclesiam Christi, unitatem rumpet . . . .* Hoc or-  
„dine ita custodito, & per legitimam successionem Episcoporum con-  
„servato, vinculum illud Charitatis omnibus Charismatibus super emi-  
„nens imprimis firmatur. Quod Irenæus Lib. 3. & 4. contra Hæreses  
„testatur & docet cæterum ut *vinculum illud Charitatis quod, ut*  
„Angu-

nitudine a Christo instituta *Consensu publico Imperii accedente* retinuit, & confirmavit gg).

§. 12.

„Augustinus inquit, *proprium est catholicae Ecclesiae Donum commo-*  
 „dius retineretur, quibus Christus potestatem fecit, politiam Eccle-  
 „siasticam ordinandi, quae in piis Ceremoniis & disciplina ecclesia-  
 „stica consistit, qui mandatum habent & potestatem Ceremonias, ordinis  
 „& decoris causa constituendi, & ritus externos dirigendi ac exhiben-  
 „di, ac prout secundum temperum ac locorum rationem fidelium  
 „saluti expedire & sufficere noverint, disponendi ac moderandi“.

gg) Hanc refert DE SENKENBERG in *Collect. Recept. Imp. nov. Tom. II.*  
*pag. 559.* atque haec de Pontifice Summo & Episcopis. Cap. XIII.  
 ita sonat: §. 1. „und auf daß die Kirche, die eines Haupts, das  
 ist, des Herrn Christi einiger Leib ist, desto leichter in Einigkeit er-  
 halten würde, wie wohl sie viel Bischöfe hat, welche das Volk,  
 so Christus durch sein theures Blut erworben hat, regieren, und  
 das aus göttlichen Rechten, so hat man doch einen obersten Bi-  
 schof, der den andern allen mit vollem Gewalt fürgesetzt ist,  
 Schismata und Trennung zu verhüten, und daß nach der Prä-  
 rogativ und Fürzug, der Petro verliehen ist, und wie nutz sol-  
 ches sey, die Trennung in der Kirchen zu verhüten, beweiset sich  
 aus dem, daß aus Verachtung dieses Hohenpriesters, oftmals  
 Trennung und Spaltung entstanden sind, wie es auch Cyprianus  
 schreibt, und das Werk selbst bezeuget“. — §. 2. „Wer nun den  
 Stuhl Petri innen hat, als oberster Bischof, der soll mit dem  
 Recht, damit es Petrus von Christo empfangen, da er sprach:  
 weide meine Schaaf, die ganze Kirchen regieren und verwalten, aber  
 er soll seinen Gewalt, so er hat, gebrauchen, nicht zur Zerstörung, son-  
 dern zur Erbauung“ NB si Papa impediatur exercitium potestatis Episco-  
 palis, non agit in aedificationem sed destructionem. — §. 3. „Und diesen  
 vollkommentlichen Gewalt hat Christus Petro und seinen Nachkom-  
 men dermassen gegeben, daß er doch den andern Bischöfen, das  
 Theil ihrer Fürsorge, so er ihnen befohlen, damit nicht benommen,  
 son:

## §. 12.

Demonstratur 9) ex Declaratione Legatorum Concilii Tridentini  
data FERDINANDO I. Imperatori A. 1563.

Quando FERDINANDUS I. Imp. Anno 1563. Literis ad Concilium Tridentinum datis Patres arguerat, illos utpote quæstionibus Scholasticis occupatos nihil efficaciter agere pro componendis in Ecclesia Germanica & Imperio existentibus diffidiis *hb)*

„LE-

sondern hat gewolt, daß sie in ihren Kirchen und Bisthümern wahrhaftige Bischöfe aus göttlichen Rechten seyn, und sollen alle Christen dem obersten Bischof, und einjeder seinem Bischofe sonderlich gehorsam seyn, wie der Apostel sagt: seydt gehorsam euren Vorstehern, die da wachen für eure Seelen“. — *Alia* hic Principia de Juribus Episcoporum eorumque exercitio Imperium consensu publico non agnoscit, quam illa, quæ tota retro antiquitate Ecclesia germanica & Imperium publice profitebantur, & communi consensu acceptarunt: adeo, ut jure prætendant Germani hæc principia ita recepta pertinere inter Characteristica Ecclesiæ germanicæ & Imperii AB OMNIBUS sancte custodienda.

*hb)* RAYNALDUS Cont. Annal. eccles. Tom. XXI. pag. 428. ad A. 1563. ex Actis Manuscriptis Conc. Trid. in Archivio Romano adservatis hæc refert: Rediit interea quinquecentiensis Episcopus a Cæsare, narrans male Synodum Tridentinam ab illius aula audire, quod nihil præclavi ab ea agatur, Disputationibus omnia turbentur, & quisque affectibus propriis magis quam publico commodo studeat. Aiebat Majestatem suam literis ad Sanctissimum Dominum nostrum banc Patrum cunctationem mire damnare, eique resarciendæ id Consilii proposuisse, ut simul Tridenti congregiantur, atque in rem præsentem veniant: id si sanctitati suæ placuerit, eum quoque quamprimum hic adfuturum; sed & Literis hæc ad Concilium perlatis, significaba-

E

„LEGATI Sedis apostolicæ Cæsari respondebant id esse verum, atque se monuisse Patres, ut tractatis solummodo illis, in quibus inter Catholicos & Protestantos esset dissidium, abstinere a reliquis, præcipue ab investiganda Origine potestatis Episcopalis, siquidem ipsi etiam adversarii concederent, *Episcopos esse Jure divino institutos*, & in Confessione Augustana manifeste declararent, quæ Potestas Episcopis Jure divino competat, & quod illis omnes divino Jure parere teneantur“ ii),

§. 13.

*ficabatur omnem Synodi expectationem proflus concidisse, postquam nihil non plenum contentionibus, indignationibus, atque prorogationibus hinc quotidie ad eos deferebatur. — Tradidit idem quinquecentiensis Episcopus Cæsareas literas ad ipsos Legatos Apostolicos quibus graviter querebatur de interrupto Concilii progressu, & abortis contentionibus, cui apostolici Legati responsum istud subintulere. — Incidenter hic nota, quid jam eo ipso Anno, quo Concilium Trid. fuit absolutum, de hac Synodo, illius procedendi modo, & conditis Decretis eorumque autoritate, Imperator senserit.*

ii) Literas a Legatis Apost. ad Cæsarem datas refert RAYNALD. loc. cit. n. 32. „Interea ventum est, scribunt Cæsari, ad tractationem de Ordine. Fuerunt a nobis Thematia proposita, de quibus inter nos & eos, qui discesserunt a nobis, ambigitur: de quibus autem, qui segregarunt semetipsos, nullas movent Controversias, eas potius Silentio tegendas esse duximus, quam ut de rebus non controversis inaniter disceptare vellemus. Verum hic iterum non satis fiebat quibusdam, nullius rei magis quam contentionis cupidis: & postulabant a nobis, ut hoc quoque disceptandum proponeremus, num Jure divino sint Episcopi instituti, & eodem jure sint Presbyteris Superiores? quibus nos respondimus, quandoquidem ipsi etiam Adversarii nostri concedunt Episcopos esse jure divino institutos, nec ulla nobis ea de re cum illis esset disceptatio, contentos eos esse debere, si Superiores Presbyteris Episcopi esse diceantur,

## §. 13.

Demonstratur 10) ex Art. ult. Confess. Augustanae a Legatis Pontificiis, CAROLO V. & Statibus Catholicis agnito quoad plenitudinem Potestatis Episcopalis a Deo institutæ.

Quando Protestantes in Confessione Augustana, 1530 in Comitibus Imperii exhibita Art. 30. de Potestate Ecclesiastica docue-

rentur, si tamen possent ostendere, quod qui discesserunt a nobis, negarent Episcopos divino jure institutos, amplius nos super ea re deliberavuros. Collegerunt illi loca aliquot ex Luthero & aliis, qui segregaverunt se, descripta: verum in quibus nihil aliud præter convivia quæ iam & maledicta continebantur; nam etiam in Confessione Augustana manifeste declarant, qui sunt illius Confessionis, quæ potestas divino Jure competat Episcopis, & quod illis oves divino jure parere teneantur. Et infra: Habet jam eorum, quæ in hoc Concilio gesta sunt, quod ad istas contentiones attinet quibus merito NB. Majestas vestra offenditur, rationem &c. — Recte hic ajunt Legati apostolici S. Cæsaream Majestatem merito offendi hac contentione de potestate & Juribus Episcoporum divinitus institutis, eo quod nulla esset Ecclesiæ catholicæ germanicæ cum dissidentibus de hisce Juribus divinitus traditis controversiam, siquidem cum Ecclesiæ germanicæ catholicæ principio apprime consentirent. — Disputaverint igitur Patres Tridentini de Origine potestatis Episcopalis! nunquam dubitavit nec dubitare potest Ecclesiæ germanicæ catholica. — Reliquerint hanc questionem Patres Tridentini indecisam ac dubiam! — Non ita Ecclesiæ germanicæ catholica & Imperium: doceant & scribant Romæ: Potestatem Episcoporum eorumque Jura a Papa esse, Germania nostra & Imperium parum aut omnino nihil ad eâ reflectet nec attendere potest; utpote quod aliud principium consensu publico non agnovit, quam potestatem Episcopalem omnem regendi Ecclesiæ

docuerant: Potestatem & Jurisdictionem Episcoporum a Deo esse institutam *kk*) Imperator CAROLUS V. & omnes Status Imperii catholici ad hanc Protestantium Confessionem declarabant, quod

*clesiam sibi commissam a Deo esse; quod principium ipsimet Legati apostolici nostræ Ecclesiæ germanicæ laudarunt & adprobarunt.— Cui itaque præjudicari non potest, quod Tridenti, ubi Germaniæ Episcoporum aut nemo, aut pauci, tunc intererant, nihil sit palam decisum. Si ad hæc principia Ecclesiæ germanicæ catholicæ & Imperii de potestate Episcoporum eorumque Juribus divinitus institutis ab ipsimet Legatis apostolicis adeo manifeste agnita & probata, si, inquam, ad illa reflectere voluisset celsissimus Episcopus Spirensis, quomodo in hærens Opinioni (quæ pro Germania & Imperio nihil valet & valere potest) Curialistarum & Scriptorum Anti-Episcopalium: illa in Ecclesiæ germanicæ & Imperio adbucesse dubia: palam profiteri potuisset?*

*kk*) Hic est ille articulus Aug. Conf. in quo ipsimet Legati papales ex Concilio Tridentino confessi sunt Imperatori, *Protestantes consentire cum Ecclesiæ germanicæ Catholicorum de potestate Episcopali a Deo data, (§. præced.)* atque hic secundum Editionem, quam ex Originali imprimi curavit Andreas FABRICIUS LEODIUS, Serenissimo Electori Colonienſi Ernesto a Consiliis Eccles. intim. Colon. 1588. Protestantes docuerant: p. m. 484: „Cum igitur de jurisdictione Episcoporum queritur: discerni debet Imperium ab Ecclesiastica Jurisdictione: Porro secundum Evangelium seu ut loquuntur ex Jure divino hæc Jurisdictio competit Episcopis ut Episcopis hæc est: his, quibus est commissum ministerium verbi divini & Sacramentorum, remittere peccata, Doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, & impios, quorum nota est impietas, excludere a Communione Ecclesiæ. Hic necessario & de Jure divino debent eis Ecclesiæ præstare Obedientiam juxta illud: qui vos audit, me audit: hæc mandat Christus, cum mittit Apostolos, sicut misit me Pater, ita ego mitto vos: accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata“ &c.— Huic consonat

*quod Episcopi JURE DIVINO non solum haberent Potestatem ministerii verbi Dei, sed etiam Potestatem Regiminis & coercitivæ correctionis, ad dirigendum Subditos in finem beatitudinis æternæ, atque ad hanc Potestatem requiri potestatem judicandi, diffiriendi, statuendi, ac discernendi ea, quæ ad præfatum finem expediunt aut conducunt II),*  
nec

sonat ad Literam artic. ult. Conf. Aug., quam edidit ex Originali cl. PÜTTERUS Göttingæ 1776. p. m. 48. seqq. „Nun lehren die unsere also: daß die Gewalt der Schlüssel oder der Bischöfe seie laut des Evangeliums eine Gewalt oder Befehl Gottes, das Evangelium zu predigen, die Sünden zu vergeben und zu behalten, und die Sacramenten zu reichen und zu handeln, . . . denn Christus hat die Apostel mit dem Befehl ausgesandt, gleich: wie Euch mein Vater gesandt hat, also sende ich Euch auch: nehmet hin den heiligen Geist &c. . . . derhalben ist das bischöfliche Amt nach göttlichen Rechten, das Evangelium zu predigen, die Sünden zu vergeben, lehre Urtheilen, und die Lehre, so dem Evangelio entgegen, verdammen, und die gottlose, deren gottloses Wesen offenbar ist, aus christlicher Gemeinde ausschließen: und dießfalls sind die Pfarreute und Kirchen schuldig, den Bischöfen Gehorsam zu sein, laut dieses Spruches Christi Luc. am 10: Wer Euch höret, der höret mich.“ — Ita docebant & recte docuisse cum Ecclesia germanica Catholicorum protestantes, fatentur ipsimet Legati pontificis de potestate & jurisdictione Episcoporum a Deo, non a Papa, descendente regendi Ecclesias suas in Augustana Confessione 1530. exhibita.

II) Hanc Declarationem Cesaris & statuum Catholicorum unanimum refert alte fatus FABRICIUS Leodius Consil. Eccles. Col. in rara sua editione Aug. Confes. p. m. 491. & seqq. sub titulo: *Caroli Cesaris & Catholicorum Principum Responsio ad Articulum de potestate Episcopali*: „*Declarandum est: (ajunt Imperator & Status Catholici) ut Reverendissimis EPISCOPIS NB. omnis potestas ecclesiastica libere permit-*

nec aliter fenserant illo tempore Germani THEOLOGI, quorum Examini Confessionis prædictæ articuli a Cæsare & Statibus Imperii catholicis committebantur *mm*).

§. 14.

*mittatur: nam sufficientissime probatur: potestatem Episcopalem in Spiritualibus esse Jure Divino fundatam, de qua sane S. Paulus inquit: nam & si amplius quid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non destructionem nostram 2. Corinth. 10. & sequitur; ad vos enim absens hæc scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam dedit mihi Dominus in ædificationem & non destructionem, 2. Corinth. 13. idem Sanctus Paulus ostendit coercitivam Jurisdictionem, cum ait: quid vultis? in virga veniam ad vos, an in Caritate & Spiritu Lenitatis? 1. Corinth. 4. & de Judicibus scribit ad Timoth. adversus presbyterum accusationem accipere noli, nisi sub duobus aut tribus testibus. 1. Timoth. 5. ex quibus satis aperte dinoscitur, Episcopos non solum habere potestatem ministerii verbi Dei, sed etiam potestatem regiminis, & coercitivæ correctionis, ad dirigendum subditos ad finem beatitudinis æternæ. Ad potestatem autem regiminis requiritur potestas Judicandi, diffiniendi, discernendi & statuendi ea, quæ ad præfatum finem expediunt, aut conducunt. — Videant hic & advertant Consiliarii principum Germaniæ Ecclesiasticorum, quæ hic principia de plenitudine potestatis Episcopalis divinitus data a toto Imperio sint acceptata, quibus Articuli Conventus Emsani ad unum omnes nituntur, quæ, & non alia illa Curia Romanæ, suggerere Episcopis suis & vere germanos sequi oportet. — Quæ vera, indubitata & catholica esse fatebantur ipsi Legati Pontificii in Concilio Tridentino. §. præc.*

*mm*) Relationes, quas de potestate Episcoporum dederant Theologi Catholici Cæsari & statibus Imperii Catholicis super Aug. Confessione adfert idem FABRICIUS a pag. 493. fol. usque ad pag. 515. consonant hi omnes cum Declaratione Cæsaris & Statuum Imperii Catholicorum Lit,



## §. 14.

Ostenditur 11) ex *Actis Catholicorum Statuum Imperii*  
tempore Pacis *Osuabrugensis*.

Porro, dum *Protestantes* Seculo XVII. tempore ineundæ  
Pacis urgebant suspensionem Potestatis Episcopalis & exercitii  
juris

Lit. II.) adlata: demonstrant ex S. scriptura & Ss. Patribus: Episcoporum potestatem non ab homine sed a Deo esse: ne plus justo hic longior existam: solummodo nonnulla huc transcribam: pag. 508. Theologi hi ita referunt: „omnes veteres scriptores ad obedientiam erga „Episcopos nos cohortati sunt, haud nescii, quod nobis ex obedientia „multum lueri accresceret. Orig. post Apost. haud ita multis annis „natus, maximi fecit obedientiam ut erga parentes ita & erga Episco- „pos. Discamus, inquit, filii subiecti esse parentibus nostris, major „minori subjiçatur: nam quia majorem videbat Joseph Jesus ætate, pro- „pterea eum parentis honore coluit, omnibus filiis exemplum præ- „bens, ub subjiçiantur parentibus. Quod si Patres iis non fuerint, „subjiçentur his, qui Patrum ætatem habent, quid loquor de paren- „tibus & filiis? Si Jesus filius Dei subjiçitur Joseph & Mariæ, ego „non subjiçiar *Episcopo*, qui mihi a Deo ordinatus est pater? . . . „hæc ait nus Origenes. — Et hoc vetustior Ignatius Archiepiscopus & „Martyr, sic scribit *Magnesianis*: dignum est & nos obedire Episco- „po nostro, & in nullo ei contradicere: terribile est enim tali contra- „dicere. Non enim istum visibilem quis spernit, sed illum invisibi- „lem in eo contemnit, qui non potest a quoquam contemni. *Hic enim „non ab homine sed a Deo habet* promotionem: dicit enim Deus Sa- „mueli de Contemptoribus ejus: Non te spreverunt sed me, nam & „Moyse populo adversus se murmuranti ait: non enim adversum nos „murmurastis, sed adversus Dominum Deum. Nemo enim inultus „remanfit, qui se contra potiores extulit.“ — Ita recte senserant Theo- „logi Germanico tempore, quo Germania ignoraverat Institutum Socie- „tatis postea natum Curie Romanæ addictissimum,

juris Dicecesani cum omnibus suis speciebus in Status Aug. Confessionis eorumque subditos, Status Imperii inhaerentes Principiis hactenus demonstratis communi Consensu publico agnitis declararunt: *Episcopis in omnibus negotiis Ecclesiasticis in omnes Personas suarum Dicecesum datam esse jam ab Origine Societatis christianae potestatem & Jurisdictionem, cui praedjudicari non possit m.* Et, quamvis postea consenserint in suspensionem juris

27) Ejusmodi Declarationem Statuum Imperii Catholicorum in Comitibus Francofurtensibus Anno 1631. factam refert LONDORPIUS Act. publ. Tom. IV. pag. 255. his verbis: „Von Anfang der Christenheit ist das Gubernament aller Menschen in Geistlichen, als Metzen und Glaubenssachen, den Bischöfen als geistlichen Vorstehern aufgetragen; sonst, daß die bischöfliche Jurisdiction uff alle in dem Bisthumb gefessene Unterthanen ohne einigen Unterschutz des Stands, oder Würden, so gar bis auf den Römischen Keyser selbst, sich erstreckt; daß also Keyser, König, Churfürsten, Fürsten, Grafen, Herrn, Ritter und Edelleute, so wol als die Bürger und Bauern in Geistlichen Sachen; dem Bischof in dessen Diözes und Bisthums Bezirk sie angefessen, zu gehorsamen schuldig sind. Omnes Principes & ceteros homines Episcopis obedire B. Petrus praecipiebat. c. 4. ext. de major. & Obed. c. cum Episcopus 7. de offic. Ordin. in Sexto. — Aus diesem ist nun gewöhnlich, daß von Rechts und Alten von Anfang der Christenheit ausführlichen Herkommens wegen nicht allein weltlichen Stands Chur- und Fürsten, sondern auch gar ein Römischer Keyser in geistlichen Sachen demjenigen Bischof, und welches Diözes als geistlichen Jurisdiction, und Gerichts-Zwang, Subject und unterworfen bleibt. Inmassen unter andern vielen das denkwürdige Exempel des Keyser Theodosii und des Heiligen Bischofs zu Mayland Ambrosii mit mehrern zu vernehmen gibt.“ — Hanc suam sententiam de Juribus Episcoporum Status Imperii Catholici iteratis vicibus exposuerunt in Tractatibus praeviis, quare in Suspensionem potestatis Episcopalis censurire haud possent,

ris Dioecessani intuitu Protestantium oo), intuitu tamen Catholicorum potestas Episcopalis integra conservata fuit pp); adeo qui-

oo) I. P. O. art. 5. §. 48.

pp) Art. 5. cit. eodem etiam Jure Aug. Conf. Magistratum Catholice subditi censeantur, inque hos, qui 1624. publicum religionis Catholice exercitium habuerunt, Jus Dioecesanum (Episcopis) salvum esto. — Hic Episcopis intuitu Catholicorum omnia illa Jura reservantur & stabiliuntur, quorum exercitium intuitu Protestantium eodem loco Pacis suspenditur. — Suspenditur autem Jus Dioecesanum & tota Jurisdiclio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus in Protestantes, igitur intuitu Catholicorum Jus Dioecesanum & TOTA JURISDICTIONO ECCLESIASTICA cum omnibus suis speciebus EPISCOPIS expresse reservatur & confirmatur. — Porro: quæ Jura Pontifici intuitu Protestantium in Imperio suspensa, atque intuitu Catholicorum eidem sint relicta, inter Status Imperii Catholicos & Aug. Conf. desuper separatim actum & conventum fuit. — Etenim in Declaratione Pacis ab evangelicis statibus Die 27. Febr. Anno 1647. exhibita (quam refert MEJERN Ad. Pac. Tom. IV. pag. 89. & seqq. Separatim Art. 5. urgebant Protestantes: Annatas, Jura Pallii, Confirmationum, menses Papales, & siquæ alia Pontifex in bonis & Ecclesiis Evangelicorum prætereendere velit, usque ad Concordiæ Christianæ fidei reductionem suspendi? dein Art. XVIII. separatim urgent suspensionem Juris Dioecessani Episcoporum in Protestantes. — MEJERN loc. cit. p. 97. — Similiter Status Catholici in Declaratione pacis die 5. Martii eodem Anno a se exhibita Art. 5. ajunt: Siquid Annatarum, Jurium pallii, Confirmationum, mensium Papalium & hujusmodi Jurium & Reservationum nomine in Protestantes præterdatur, quandocunque aut quomocunque, id Executione a brachio seculari impertienda effectu careat. — De Episcoporum vero Jurisdictione & Jure Dioecessano in separato Art. 18. declarant; illam intuitu Protestantium secundum Pacem religiosam suspensam manere, intuitu vero Catholicorum integram esse

quidem, ut Status catholici declaraverint, si in Anno normali  
1624. catholici subditi certum & determinatum Episcopum Ordinarium

conservandam. — MEJERN loc. cit. p. 119. 127. — Ita quoque in ipso Instrumento Pacis Anno 1648 erecto separatim conventum fuit de Juribus Papalibus & Episcopalibus. — De prioribus art. 5. §. 19. dispositum esse legimus: *Siquid annatarum, Furium palli, confirmationum, mensium Papalium & hujusmodi jurium & reservationum nomine in Ecclesiis Protestantium a quocunque quocumque aut quomodocunque prætendatur, id validitate & executione a brachio seculari impedienda careat*. — De jure vero Diocesano Episcopali postea art. 48. eodem modo, quo supra dixi, conventum fuit. — Ex quibus manifeste colligitur, quæ fuerit mens Statuum Imperii Catholicorum quoad jura *Papalia & Episcopalia*; videlicet Status nostræ Religionis intuitu *Ecclesiæ Catholicorum* salva illa jura papalia esse voluerant, quæ ultra summo Pontifici *paëtis publicis & de Consensu Nationis legitime reservata existunt*, quæ suspensa esse & manere in Protestantes annuerant. — Jus vero Diocesanum cum omnibus suis speciebus & juribus in Catholicos ab Episcopis integrum fore exercendum specialiter declararunt. — Adeo cauti & solliciti erant status Imperii catholici tempore Pacis in distinguendis & determinandis juribus Papalibus & Episcopalibus. — Nec dicas: *Pacem Osnabrugensem fuisse initam inter Catholicos status & Aug. Conf. non vero inter Catholicos & Pontificem, adeoque in præjudicium hujus a Catholicis allegari non posse*. R. 1. Ergo status Aug. Conf. Imperii ex pace publica revereri & tueri tenentur integra jura Episcoporum in subditos Catholicos confirmata in P. O., quomodo igitur Romana curia a statibus Imperii Aug. Conf. circa læsionem pacis publicæ & jurium Episcopalium exspectare poterit patrocinium intuitu Catholicorum Imperii? R. 2. Jura Episcopalia eorumque Exercitium in subditos Catholicos in Pace Osnabrugensi determinata, non sunt alia, quam, quæ communi consensu Imperii & Ecclesiæ germanicæ Catholicorum intuitu Pontificis continuo fuere agnita & decla-

narium non habuerint, negotia eorum ecclesiastica non ad summum Pontificem, aut illius Legatum, sed potius ad Episcopum vicinum Catholicum deferenda esse qq).

§. 15.

*Principiis hactenus traditis non obstant Indulta  
& Facultates quinquennales.*

Quemadmodum nulla Bulla papalis vel in minimo præjudicare potest Principiis & Juribus de potestate & jurisdictione Episcoporum in Ecclesia germanica & Imperio publice agnitis, & adeo sollicitè retentis rr), ita nec iisdem obstare possunt Indulta

---

declarata, ceu hactenus a me demonstratum fuit; ab his status Imperii catholici tempore Pacis discedere nec poterant, nec volebant, sed potius illa publico consensu retinuerunt, igitur prævalere quoque possunt & debent contra Prætensiones curiæ Romanæ.

qq) Anno 1647. status Imperii catholici declararunt. loc. sup. cit. *Sz pars rea fœvit catholica coram Episcopo Ordinario istius Diœcesis aut EPISCOPO VICINO conveniatur.* — iisdem verbis declararunt idem status catholici eodem anno apud MEJERN *act. Pac. Tom. IV. pag. 149.* ex quibus colligitur quod status Imperii catholici nihil omnino jurisdictionis Vicariis & Nunciis sedis apostolicæ in præjudicium Episcoporum Imperii concedere voluerint.

rr) Vid. supra §. 2 & 7. quibus accedit doctrina MOSERI von der Deutschen Religions-Versaffung, S. 716: „Solche päpstliche Bullen, welche den Religions- und Westphälischen Friedensschlüssen (und der Deutschen Reichs- und Kirchenversaffung) zuwider sind, können und dürfen, ohne deren Verletzung, mithin bei Vermeidung der in diesen enthaltenen Strafen, von Niemand,

dulta & facultates quinquennales hætenus Romæ dari solita; quia 1.) hæc Indulta & facultates quinquennales ejusmodi Bullis Romanorum Pontificum reservatoriis in Germania & Imperio omni effectu destitutis nituntur ss); igitur corraunt, ruen-

mand, er seye geistlich oder weltlich, publicirt werden; dahero sich Kurfürst Johann zu Trier allerdings eines Religions-Friedensbruches schuldig gemacht, da er Anno 1584. Pabst GREGORII XIII. bekannte Bullam: In Coena Domini, durch ein öffentliches Edikt in seinen Landen bekannt gemacht hat“.

ss) Hujus veritatis testis est ipsemet BENEDICTUS XIV. in Lib. de Synod. Dioces. L. 9. c. 4. ubi ait: *quamvis Episcopi ex Concilio Tridentino possit absolvere a Delicto hæreseos, hodie tamen propter Bullam in Coena Domini, qua hæc potestas romano Pontifici reservatur, id non possunt sine Indulto papali.* — Rechte & solide jam hoc animadvertēbat Cl. Le Bret, Authör der Pragmatischen Geschichte der Dultle in Coena Domini 2. Th. S. 32 folg. ubi postquam ex Systemate Ecclesie Christianæ & factis Episcoporum plurimis Jus dispensandi Episcopale vindicavit, tandem concludit: „so friedsam lebten die Bischöfe, und so einig war die Kirche, so lang keine Nachtmals Dultle auf Könige, Fürsten, und Bischöfe donnerte, wenn sie die Apostolische Briefe nicht mit blindem Gehorsam annahmen, und andre hinderten, Ehedispensationen in Rom zu suchen, welche sie von ihren eigenen Bischöfen haben konnten“. — Porro: quisquis hanc Bullam attento animo percurrit, inveniet illam reservationibus circa Jura Episcopalia, imo etiam Principum Imperii & indultorum Apostolicorum necessitate abundare. — „Ex communicantur §. 1. Lutherani, Calvinistæ &c. eorumque fautores & receptores, legentes eorum Libros, retinentes, & imprimentes sine Indulto. — §. 2. Adpellantes a mandatis Papæ ad Concilium universale. — §. 5. Domini territoriales, qui in terris suis sine Indulto vestigalia imponunt. — §. 9. 10. 12. Impedientes illos, qui recurrunt pro Rescriptis Gratiarum, „Dispen-

ruentibus Bullis reservatoriis. 2.) Hæc Indulta ex voluntate & beneplacito solius Sedis apostolicæ nata sunt, quæ legem & necessita-

„Dispensationum & justitiæ ad Aulam Romanam. — §. 11. qui eji-  
 „ciunt Nuncios ex suis Dioccesibus & Regnis. — §. 13. qui ab execu-  
 „tione Literarum apostolicarum recurrunt ad Curias seculares. —  
 „§. 14. Qui impediunt, quo minus Causæ beneficiales ab auditoribus  
 „papalibus cognoscantur ac terminentur. — §. 15. Qui faciunt Consti-  
 „tutiones, quibus Juribus Pontificum quomodolibet præjudicatur. —  
 „§. 18. Qui sine Indulto papali subsidia exigunt. — §. 20. Qui quo-  
 „cunque titulo occupare vel detinere præsumpserint terras ad Papam  
 „pertinentes. — §. 22. 23. Casus hærescos, aliaque delicta contra  
 „hanc Bullam admittit soli Papæ reservantur, & Episcopi sine In-  
 „dulto papali ab his absolventes anathematizantur. §. 28. Demum  
 „Urbanus VIII. Anno 1627. mandavit, ut omnes Archi Episcopi  
 „& Episcopi, Parochi, Regulares, omnesque Confessarii transump-  
 „tum hujus Bullæ penes se habeant, eamque diligenter legere ac  
 „præcipere studeant.“ — Romani Pontifices propter lubrica hujus  
 Bullæ Principia facultates, quæ ultro ipsis ex Jure Divino & Prin-  
 cipiis communi Consensu Ecclesiæ Germanicæ & Imperii agnitis  
 competebant, per Indulta concedere cœperant a tempore, quo UR-  
 BANUS Papa Anno 1627. & INNOCENTIUS X. Anno 1644. (ubi  
 primum Germania Indultum vidit) omnibus Confessariis, aliisque  
 Ecclesiarum rectoribus mandarunt, ut *Exemplar hujus Bullæ penes  
 se haberent, lagerent & præciperent.* — Verum hac Bulla ruente  
 corrumpant etiam necesse est Indulta & facultates quinquennales: in  
 Hispania autem PHILIPPUS II. illam publicari vetuit; van *Esper*  
 Tract. de promulg. legum Eccles. cap. 3. §. 4. — In Gallia plu-  
 rimis Parlamantorum Arrestis subpœnis gravissimis vetita fuit dictæ  
 Bullæ publicatio tanquam Regis Juribus & Episcoporum in plurimis  
 Articulis adversæ; *Pitbæi* Libert. Eccles. Gall. cap. 7. n. 50. 55. &  
 Comment. ad dictas Libertates. n. 54. — In Belgio, ait *Zipæus* in Ju-  
 re novo tit. de ordinandis n. 14. Bullam Cœnæ Domini nunquam  
 esse

cessitatem Episcopis in Imperio secundum ea agendi nullam imponunt,

esse publicatam, eisi tertio *Nuncius Apost. Bentivolus* desuper cum Aula laborasset: & cum dictus Nuntius Bullam ad Episcopos misisset publicandam, id ab Episcopis impetrare non potuit. — Edictum Parmense de Anno 1768. sub 3. Nov. vid. in der Geschichte der Bulle: In Cœna Domini, 4. Th. S. 211. Venedig, Böhmen, Genua, Monaco folgten diesem Beispiel. — Qualiter Imperator Rudolphus II. publicationi hujus Bullæ Anno 1584. sese opposuerit, eamque impedit, notant *Pithei* loc. cit. in addit. ad n. 54. Cap. 7. Lib. Eccles. Gall. conf. *Espen* loc. cit. — Ordinatio Augustissimæ Imperatricis de Anno 1768. 3. Octob. est sequentis tenoris: „Da wir erfahren haben, daß die Bulle, genannt in Cœna Domini, welche weder von uns, noch unsern Vorgängern jemals in unsern Staaten angenommen, noch gesetzmäßig zugelassen worden, durch indirecte Wege in unsern Lombardischen Staaten eingeführt worden, und da sie ohnedies notorisch größtentheils Verordnungen enthält, welche sich zu dem priesterlichen Charakter nicht schicken, einige auch nicht können gerechtfertiget werden, und die höchste Macht der Fürsten schwer beleidigen, wie wir denn unsere Bischöfe der Oesterreichischen Lombardie bereits haben erinnern lassen, hinführo von besagter Bulle auf keinerlei Weise, die von ihrem Amte abhängen könnte, Gebrauch zu machen: so ermahnen wir sie durch gegenwärtiges Edikt von neuem, indem unsere höchste Entschliessung es also erfordert. Wir melden daher allen unsern Unterthanen, so wohl geistlichen als weltlichen, wes Standes und Ranges sie sein mögen, daß unser ernstlicher Wille dahin geht, daß man in allen unsern Staaten der Oesterreichischen Lombardie von besagter Bulle hinführo auf keinerlei Weise, und aus keinerlei Ursache Gebrauch machen soll, wie wir denn alles, was man entweder mittelbar oder unmittelbar dagegen unternähme, desto mehr als unrechtmäßig, und als einen Mißbrauch erklären. Wir verbieten daher allen Buchführern, Buchdruckern, und andern Personen  
oder



oder Collegien, die Bulle bei sich zu führen, noch vielweniger aber sie irgendwo öffentlich darzulegen, unter willkürlichen Strafen auf Relation und Gutachten der Dekonomalsunta". Vide Pragmatische Geschichte der so berufenen Bulle in Cœna Domini. 3. Th. pag. 210. — Mandata Augustissimi Imperatoris Josephi II. ita sonant: „Von wegen ic. Ihrer K. K. apostolischen Majestät haben bestremdlich vernommen, daß in den von dem päpstlichen Stul den Herrn Ordinariis zukommenden, gegen die bischöflichen eigenen Rechte schon an sich so anstößigen sogenannten Facultatibus concessis dispensandi & absolvendi unter andern auch die Facultas absolvendi a Casibus reservatis in Bolla Cœnæ enthalten seie; da nun eine solche Facultas absolvendi die Obligationem Observantiæ ex receptione voraussetze, eine solche Voraussetzung aber gedachte Se. K. K. apostol. Majestät schlechterdings nicht dulden wollen, noch können; so gehe die ernstliche allerhöchste Willensmeinung dahin, daß die Herrn Ordinarii diese auf ein ganz falsches Suppositum gegründete Facultatem absolvendi für null und nicht ansehen, und ihre unterhabende Geislichkeit hiernach unverzüglich belehren sollen. Es seien daher die betreffende Herrn Ordinarii gemäß dieser allerhöchsten Entschliessung zu genauer Befolgung ungesäumt anzuweisen. Wien den 14 April 1781.)" Vid. Kaiserl. Königl. Verordnungen über die Gegenstände in materiis publico Ecclesiasticis von 1770. bis 1782. Tom. 1. pag. 56. N. LVII. — „Von wegen ic. es wäre zwar erst unlängst eröffnet worden, was wegen der in den Päpstlichen Facultatibus dispensandi einkommenden Dispensationen a Casibus in Bolla Cœnæ reservatis an die Ordinarios zu veranlassen seie, wo es auch sein unabänderliches Verbleiben habe. Seitdem aber seie mit Gelegenheit einer vorgenommenen Untersuchung im Marggrasthum Mähren hervorgekommen, daß diese Bulle nicht nur in den Ritualen sich eingeschaltet befinde, sondern auch verschiedentlich ungeachtet des bestehenden allgemeinen Verbothes sich darauf von Seite der Geislichkeit bezogen werde. Gleichwie nun an das Mährische Gubernium der Auftrag unter einem Vergehe, daß diese Bulle aus den Ritualen vertilget und ausgerissen, zu dessen Bewerkstelligung aber alle in ganz

ponunt, nec imponere queunt *it*); imo etsi 3.) etiam a particularibus Statibus ecclesiasticis fuissent acceptata de manibus Sedis apostolicæ, id præjudicare non potest Successoribus & principiis communibus Ecclesiæ germanicæ *iii*); hæc Indulta ver-

gansem Lande, in was immer für Händen befindliche Exemplarien dem Gubernio eingeliefert, und wer so dann ein solches ungeliefertes Rituale nach Verlauf zweier Monate a die publicati mit der Bulle zurückgehalten zu haben betreten wurde, für jeden Exemplar mit 50 Gl. ad fundum Religionis unnachlässig bestraft werden solle; so werde solches auf allerhöchsten Befehl zu dem Ende eröffnet, um das Gleichmäßige hierunter zu verfügen. Wien den 4ten May 1781. *ibidem* pag. 57. N. LIX.

*it*) Demonstravit hoc jam ante me solide Autor: Der Widerlegung der in Französischer Sprach erschienenen Bemerkungen über den Erzbischöflichen Hirtenbrief Sr. Kurfürstlichen Durchlaucht zu Köln &c. Bonn 1787. — §. 3. & seqq.

*iii*) Vid. supra §. 2. Etenim non est in potestate particularium statuum Imperii Ecclesiasticorum acceptando Indulta & principia Romana præjudicare juribus & principiis Ecclesiæ germanicæ & Imperii. — Porro Potestas episcopalis integra transit ex institutione & voluntate Christi in singulos Successores, ceu aliud principium Ecclesiæ germanicæ & Imperium nunquam agnoverunt. — Simili argumento status Catholici *omnes* usi sunt in tractatibus præviis Pacis Osnabrugensis 1646. adversus Protestantes apud MEJERN Tom. II. p. 540. ubi ajunt: Zu deme so seynd vermöge geistlicher und weltlicher Rechten die Bischöfe keine proprietarii Domini jurium Ecclesiæ, sondern nur allein nudi Administratores, können also unverso Ordini ecclesiastico pactis privatis nichts begeben. — Multo minus itaque Episcopi pactis & actionibus suis privatis nocere possunt juribus sibi & Successoribus suis divinitus datis secundum constantem & unanimum sententiam Imperii.

versantur 4.) circa objecta & leges, quarum vis & obligatio tota dependet a potestate & voluntate Episcoporum xx).

### §. 16.

*Quod ulterius ostenditur præcipue QUOAD JUS DISPENSANDI ex Concilio Tridentino hujusque Actis.*

Quamquam ex præmissis Ecclesiæ germanicæ & Imperii Principiis ac Juribus penitus corruant facultates quinquennales; Concilium tamen Tridentinum *juri Episcopali in dispensando favere*

xx) Præcipua quæstio est *de impedimentis matrimonii*, in quibus Pontifices dispensandi facultatem Episcopis certo modo per Indulta concedunt. — Hæ leges earumque vis & obligatio tota dependet a potestate & voluntate Episcoporum: Pontifices ipsimet fatentur, ceu supra § 8. demonstravi ex variis textibus juris communis, *hæc impedimenta secundum statuta & consuetudines locorum variari posse.* — Si variari ab Episcopis, cur non ab his in illis dispensari? — Porro: supra § 8. demonstravi recursum ad Papam *in matrimonialibus* fuisse tantum consultativum, non necessarium, atque Pontifices ipsos agnovisse in his potestatem Episcoporum sufficientem. — Demum leges disciplinares qualescunque editæ non obligant ab initio, *nisi ab Episcopis sint receptæ*, ceu hoc palam fatetur Anonymus: *Beleuchtung der Bad Emsischen Punctionation p. 57.* „Es ist bereits von ziemlicher Zeit her observanzmässig, daß man die päpstlichen Bullen, welche ein Gesetz oder Verboth enthalten, vor der bischöflichen Verkündigung nicht für verbindende hält, und lediglich dem Gewissen der Bischöfen heimgiebt, ob sie wohl oder übel thun, wenn sie eine solche päpstliche Bulle zu verkündigen unterlassen.“ — Si igitur a voluntate & potestate Episcoporum pendeat initium obligationis legum Disciplinarium; etiam earum duratio, relaxatio & moderatio, *sine indulto aliunde rogato*, ipsis competat necesse est, si *juxta causa & bonum animarum id exigat.*

favere etiam specialiter ostendam, ut ex hac causa superfluum sit indultum: Concilium enim Tridentinum duplici modo de potestate dispensandi disponit, & primo quidem per modum CANONIS dum ait: Sess. 24. Can. 3. *Siquis dixerit . . . non posse Ecclesiam in impedimentis dirimentibus matrimonium dispensare . . . anathema sit yy*). Secundo per modum DECRETI DISCIPLINARIS Sess.

yy) Recte dixit Tridentinum ad ECCLESIAM pertinere Jus dispensandi: si enim Statuisset anathema in illos, qui negaverint AD PONTIFICEM pertinere, contradicentes habuisset omnium aliarum nationum Episcopos, ecclesias & regna. — Patres modo conceperant Canonem sequentem: *Anathema sit: „Siquis dixerit Beatum Petrum per Institutionem Christi non fuisse primum inter Apostolos, & ejus Vicarium in terra, vel necesse non esse, ut sit in Ecclesia unus Pontifex Petri Successor, eique equalis in auctoritate regiminis: atque in Summa Sede legitimos ejus Successores ad hoc usque tempus non habuisse Jus Principatus in Ecclesia; nec fuisse Patres, Pastores & Doctores omnium Christianorum, nec fuisse ipsis traditam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem pascendi, regendi & gubernandi Ecclesiam universalem. — „Cardinalis LOTHARINGIUS nomine Regis & totius ecclesiae & regni Gallicani publice contra hunc Canonem protestabatur, quia faveret Monarchiae papali universali, quam admittere non posset absque regni perturbatione, fame suae dispendio & damnationis periculo. — Vid. ALEXANDRI NATALIS Hist. eccles. Tom. VIII. Diff. 12. Art. 13. atque Canon hic propterea in suum nihilum abierat. — Quid dixisset Cardinalis iste, si posuissent Patres sub poena Anathematis: AD PAPAM pertinere Jus dispensandi? recte itaque & consulto Patres dixerant Jus dispensandi AD ECCLESIAM pertinere: sub qua non UNUS PAPA, sed EPISCOPI, qui ECCLESIAM regitivam ex Institutione Christi constituunt, intelliguntur. — Discimus hoc ex Verbis Christi Matth. 18. quando dixit: *si eos non audierit, dic Ecclesiae, & si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus**

Sess. cit. Cap. 15. in contrahendis matrimoniis vel nulla omnino dispensatio detur, vel raro, idque ex causa & gratis concedatur: in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes &

ob

mus. — In hoc textu secundum unanimum fere omnium Catholicorum sententiam fundatur potestas excommunicandi, interdicendi ab ecclesiasticis Sacramentis & Communione fidelium rebelles & inobedientes Ecclesie, fundatur potestas definiendi, determinandi, statuendi, decernendi, constituendi & relaxandi præcepta & Canones; quos autem per Ecclesiam hic designavit Christus? an solum & unum PETRUM? absit: sed OMNES ac SINGULOS APOSTOLOS, siquidem Christus sui Verbi proprius interpretes V. 18. immediate sequenti omnibus æquo Apostolis dixit: amen dico vobis; quæcunque alligaveritis super terram, erunt soluta & in celo, & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in celo. — Atque ita fere omnes, quotquot reperiri poterunt Patres, hic per Ecclesiam, cui tantam potestatem regendi & coercendi Christus concedidit, intelligunt non unum, sed omnes & singulos Apostolos, nec non proprios fidelium Episcopos; audiamus desuper Interpretem Cornelium a Lapide Societ. Jes. eapropter Curie romane minime suspectum; qui ad hunc locum Matthæi ita inquit: „DIE ECCLESIE, id est: PROPRIE seu pastoris proprio, qui Ecclesie tue præest, atque ita S. Chrysost. Theophilactus, Euthymius, alique omnes per ECCLESIAM accipiunt Ecclesie pastores & prælatos, qui Ecclesiam sive seorsim sive in Synodo & Concilio repræsentant, quia Christus jubet hic ecclesiam audire, id est ecclesie obedire a-reo, alioquin hoc ipso habendum pro excommunicato imo pro ethnico: quare Obedientia Prælati ecclesie desertur, & Christus ECCLESIAM explicans subdit: quæcunque alligaveritis &c. . . . VOS SCILICET O APOSTOLI! ECCLESIE PRINCIPES, ET QUI VOBIS SUCCEDEBANT EPISCOPI?“ hæcenus Cornelius a Lapide. Ipsummet Concilium Tridentinum, quinam per ECCLESIAM intelligendi sint, diserte explicat Sess. 23. Cap. 4. ubi Sacrosancta Synodus declarat: Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt ad ecclesiasti-

ob publicam causam zz) utraque autem dispositio de Episcopis

*fiasticam hierarchiam præcipuo pertinere, & positos, sicut idem Apostolus ait, a spiritu S. regere Ecclesiam Dei. — Porro in Declaratione Caroli V. Imp. a Statibus Imperii acceptata (vid. §. 11.) Cap. IX. quomodo de Ecclesia deinceps sit docendum? ita statuitur: diese Kirche zeigt Christus, da er spricht: sage es der Kirchen: zu dieser Kirche gehören die Bischöfe, die das Volk regieren, welches Christus mit seinem Blut erkaufte hat etc. — Ipse Catechismus romanus jussu PII V. editus & approbatus Art. 9. §. 9. ait: „ECCLESIAE NOMINE ejus Præfides significantur: si te non audierit, inquit Christus, dic „Ecclesie quo in loco Præpositi ecclesiarum seu Episcopi designantur.“ — Quid igitur de ratiocinio, quo Sanctissimus noster in Literis ad Serenissimum nostrum Archiepiscopum Electorem Colon. elapso Anno datis utitur, videlicet: ex Dogmatica hac lege Concilii Tridentini si quis dixerit ad Ecclesiam &c. aperte intelligitur ad solum romanum Pontificem tanquam universæ Ecclesie caput spectare dispensationem a constitutis in ipsa ecclesia impedimentis: Quid, inquam, de hac Doctrina sit sentiendum per se patet.*

zz) Si in Canone prædicto non excludantur, sed necessario includantur omnes & singuli Episcopi neque in hoc Decreto disciplinari excludantur. Porro in hoc Canone Patres determinarunt modum dispensandi deinceps observandum: unanimis autem est omnium Curialistarum (non autem Germanorum) sententia, Papam sub ejusmodi Legibus conciliaribus non comprehendi. Quis igitur intelligitur sub hoc Decreto, si Papa non comprehendatur? Non alii quam Episcopi, ne Decretum Concilii dicas illuforium. — Atque ita recte explicant hoc Decretum relati Jurisconsulti catholici fere omnes Jesuitæ apud P. KUGLER S. J. Theologum Tract. Theol. Can. pag. 1021. n. 2124. ubi postquam Not. 6. docuit: *Ex magna causa necessitatis vel utilitatis posse Episcopum contra Constitutiones Canonum etiam generalis Concilii dispensare.* — Pergit: „*Similia fere habet de Dispensationibus Suarez L. 6. de Legib. cap.*

cap. 14. num. 8. & seq. Laym. loco cit. Tambur. l. 8. Tr. 2. C. 4.  
 S. 2. Diana Tr. 2. de Dispensat. Resol. 27. num. 5. alias p. 7. tr. 10.  
 Miscel. 1. resol. 36. Pirrbing de Offic. judic. ordinaru num. 87.  
 & passim alii, specialiter annotantes, etiam eo casu dispensari ab  
 Episcopis, si in lege, seu Canone simpliciter dicatur, posse dispensari,  
 si Papa dispensationem sibi non reservet, nec eam determinate  
 ulli personæ concedat; ratio est: quia alias verba illa, quibus sim-  
 pliciter conceditur dispensatio, superflua forent, & nihil operaven-  
 tur, cum per se constet, Papam posse in tali lege, seu Canone dis-  
 pensare. 2do: Potestas dispensandi, respectu illam concedentis, non  
 est stricti juris, sed favorabilis, & ample interpretanda, cum sæ-  
 pe sit necessaria & debita, necessitas autem aliunde sæpe excuset  
 a legis observatione. Juxta num. 875. 3tio: Ubi Jus exprimit  
 posse dispensari, jus servatur, si dispensetur, ergo ea casu ipse Epis-  
 copus, qui est Canonum Custos, & executor, potest dispensare, quia  
 sic servat jus. — Et infra pag. 124. „Ceterum non tantum cum pau-  
 peribus, sed etiam cum divitibus dispensare potest Episcopus, si etiam  
 pro his stet urgens necessitas: V. g. Periculum gravis infamiae,  
 damni, incontinentiae &c. moram excludens. Ita Sanchez num. 5.  
 Perez num. 4. Gobat num. 578. Diana resol. 137. num. 3. Præ-  
 terea Fagnanus num. 26. aliis Authoribus austerior, putat ratione  
 distantiae non excusari ab obligatione recurrendi Romam, nisi eos,  
 qui ex remotissimis regionibus sunt, puta transmarinos, non vero  
 illos, qui sunt ex Germania, Hispania, Belgio, & aliis Europæ  
 Provinciis, saltem, quæ sunt circa mare Germanicum & Balticum:  
 probatque assertionem suam ex eo, quod ille pluribus annis in  
 Officio signaturæ, deinde Correctoris S. Poenitentiarie versatus, in-  
 genti copia supplicationum ex partibus Ultramontanis pro dispensa-  
 tionibus missarum solitus fuerit occupari. Sed huic Opinioni vix ul-  
 lus suffragabitur ex Authoribus pro conclusione citatis, qui ut-  
 pote Doctores Europæi certe non scripserunt pro partibus Trans-  
 marinis, extra Europam sitis, sed pro Transalpinis. Præterea de  
 Transmarinis aliunde certum est, eos non obligari ad petendas a  
 Pontifice Dispensationes in casibus extraordinariis, imo Pignatellus  
 T. 3. Consult. 33. num. 9. probat, in Concilio Milevitano præsentia  
 D.

*copis intelligenda venit, ergo superfluit indultum papale aaa).*

§. 17.

„D. Augustino Can. 22. cautum fuisse propter distantiam, ne cau-  
„sæ ecclesiasticæ Romam per Adpellationem devolverentur“.

aaa) Inutile porro est hoc Indultum, eo quod RAYNALDUS in *Annal. eccles.* Tom. XXI. ad Annum 1564. n. 6. ex MS. Archiv. Vatic. Sig. n. 3196. referat: „Habita jam ante fuerant plura Consilia de gerendis rebus, postquam Oecumenicæ Synodi Tridentinæ acta fuis- sent a Pontifice confirmata, atque post collatas Sententias, maxima- que prudentiæ maturitate expensas, hæc in opus provocanda decretum fuerat, ut ex MS. Vaticanis constat“. — Inter alia Decretum esse legitur: „Quinto Resignationes præteritæ sive signatæ, sive cum da- ta sola usque ad diem confirmationis Concilii expediantur secundum morem antiquum, idemque servetur in Dispensationibus matrimo- nialibus petitis ante confirmationem Concilii, in tertio & quarto Gra- du aut aliis casibus consuetis. Sexto etiam post confirmationem Con- cilii . . . antequam fiant Synodi diocesane cum Clausula: Donec fiant Synodi Diocesane“. — Ratio hujus Clausulæ erat, ut Episcopi universim Consillis Synodorum secundum morem primitivæ Ecclesiæ sacra admini- strarent. — Atque ita dispensationum gratiæ dentur secundum Spiritum Ss. Canonum & indigentiam animarum. — Verum huic Conditioni: donec Synodi diocesane celebrentur: post Concilium pridem satisfecerunt Episco- pi Germaniæ. — Atque in hodiernum usque diem jura sacra administrant per Consistoria sua ecclesiastica, quæ Synodis Diocesanis æquivalent. Et si secundum ipsam declarationem Benedicti XIV. sufficiat Judices nationales, a quibus causæ ecclesiasticæ in Germania finaliter sunt decidendæ, ab Episcopis extra Synodos nominari, quamvis Conci- lium Tridentinum dicat: illos in Synodo nominandos esse: tanto ma- gis satisfiet, si ab Episcopis in Consistoriis a se ordinatis, post exa- minatam causæ justitiam Dispensationes concedantur. Porro hic Re-  
signa-



*Doctrinae hactenus traditae effectus & applicatio.*

Quodsi Principia & Jura, quae Exercitium potestatis Episcopalis intuitu Pontificis explicatur & determinatur, Consensu communi publico Ecclesiae germanicae & Imperii agnita sancte sint custodienda (§. 2.) atque Exercitium potestatis Episcopalis a Reverendissimis quatuor Archiepiscopis in Conventu Erfano explicatum hisce Principiis innitatur, ceu hactenus (§. 3. — 16.) demonstravi, nemo dubitabit, Principia & Doctrinas praedicti Conventus ceu communi Consensu Ecclesiae germanicae & Imperii continuo agnitas & receptas ab omnibus absque exceptione in Ecclesia Germanica & Imperio esse agnoscendas & conservandas, atque ab Imperatore & Archidicasteriis Imperii, Episcopos Germaniae, si in earum Usu & Exercitio quomodolibet impediuntur, fortiter manutenendos & secundum illas judicandum & decidendum esse *bbb*).

*signationes beneficiorum & Dispensationes* aequiparantur, & de iis aequo jure disponitur: Episcopi autem tuto admittunt Resignationes, cur non eodem jure Dispensationes largiri poterunt? Haec ex superabundanti a me dicta sint: etenim Ecclesia germanica, quae domesticis suis Principiis & Juribus quoad exercitium potestatis Episcopalis regitur, hisce principiis aliunde petitis non indiget.

*bbb*) Imperator est Jurium Primatus, quem Christus Petro dedit, & in Episcopo romano ceu successore Petri revereri omnes Catholicos oportet, *Custos, Vindex, & Protector.* — Promisit hoc Imperator ipsemet Imperio in Cap. Cae. Art. 1. — Haec Jura Primatus cum necessaria Potesta-

te & jurisdictione ad conservandam unitatem Religionis christianæ in essentialibus Natio Germanica non disputat Romano Pontifici. — Imperator est etiam eorum jurium *non primatium* Vindex & protector, quæ de Consensu publico Ecclesiæ Germanicæ & Imperii Romano Pontifici per pacta sunt legitime concessa & reservata. — Neque Natio nostra hæc Jura Papæ disputavit, quousque hic steterat fide, quam Nationi nostræ dedit. — Verum Imperator est infirmus & esse debet *Custos, Vindex & Protector Ecclesiæ Germanicæ*, ac Jurium & principiorum, quæ ab ejusdem prædecessoribus in Imperio stabilita conservata, vindicata, & continuo publico consensu declarata sunt ceu fundamentum & basis Regiminis episcopalis & exercitii Jurium Episcoporum intuitu Pontificis. — Si hæc infringantur a Curia, forti manu eundem est obviam. — Hoc merito præten dit & urget natio nostræ a *Statibus Imperii ecclesiasticis*, ne horum incuria omnis apostolicæ institutionis vigor & illa pulcherrima membrorum Christi dispositio a Doctore gentium toties inculcata & ab Episcopis Germaniæ toties publice vindicata misceatur & confundatur, atque subditi Catholici in Imperio, qui proprios semper agnoverunt Pastores & regentes, fiant alieni. — Id præten dit natio nostræ a *Statibus secularibus*, quorum officium est, curare, ne dissolvatur Ecclesiarum Germaniæ nexus, & perimatur regiminis sacri forma, tam sollicitè a *Majoribus* eorum conservata & vindicata. — Id præten dit Natio ab *Archi-Diaceribus Imperii*, ne hæc sentiant & judicent secundum principia externa, contraria domesticis nostræ Nationis a toto Imperio, hucusque agnitis. — Id præten dit a *Collegio Electorali*, quod tam anxie & sollicitè urgebat & urget observantiam formæ regiminis in sacris in Imperio constitutæ & receptæ. — Id præten dit a Comitibus Imperii, in quibus eadem regiminis sacri forma toties confirmata & vindicata esse legitur. — Neque Natio & Ecclesiæ Germanicæ dubitat, quin ab omnibus, quorum interest, communi auxilio forma & Constitutio fundamentalis Ecclesiæ Germanicæ quoad sacrum regimen, & jurium Episcopaliū intuitu Pontificis exercitium conservetur, eo modo, quo a Reverendissimis quatuor Archiepiscopis nuper in Conventu Emsano illud conformiter Legibus Ecclesiæ germanicæ continuo agnitis & vindicatis expositum fuit & determinatum.

## §. 18.

*Jus Archiepiscoporum Germaniæ circa Beneficia mensium inæqualium in Conventu Emsano determinatum & a Scriptoribus Anti-episcopalibus contradictum.*

Præter Jura Episcopalia, Reverendissimi Archiepiscopi Jus quoque suum circa Beneficia mensium inæqualium a tempore Concordatorum jam exercitum, sed a Curia Romana multis modis & clausulis diminutum in Congressu Emsano articulo XV. & XVI. vindicarunt (ccc); neque in hoc deerant Scriptores,

ccc) Punctationes hujus Congressus XV. XVI. ita habent: „Das den drei Erzbischofen und Kurfürsten des deutschen Reiches gleich nach den Konkordaten ex pacto verliehene Indultum perpetuum in jenen Kirchen, wo die alternativa Mensium Statt hat, die in den ungleichen Monaten vakant werdenden Präbenden zu vergeben, ist nicht nur von dem römischen Hofe auf Jahre beschränkt worden, sondern derselbe hat sogar einige vermög dieses Indulti den Erzbischofen zukommende Monate in der Folge andern dem Erzbischofe untergeordneten Corporibus in einem oder andern Erzbistum verliehen; daher

a) Kaiserliche Majestät zu erbitten wären, sich bei Sr. päbstlichen Heiligkeit mit Nachdruck dahin zu verwenden, damit die gegen das obgemelte Pactum post Concordata in solchem Erzbistum an andern als den Erzbischof zum Nachtheil des Indulti übers lassene päbstliche Monate wieder eingezogen, und vom Papst nur an den Erzbischof zurückgegeben werden.

b) Das Indultum perpetuum ist den Erzbischofen gleich bei Antritt ihres Amtes mit der Confirmations-Bulle auszufertigen. Sollte aber in beiden vorstehenden Punkten wider Vermuthen des päbstliche Hof sich nicht willfährig bezeigen; so sind

H

e) Die

tores, qui vindices agere volebant Curia, atque hoc jus quoque Archiepiscopale impugnatum ibant (ddd).

§. 19.

c) Die Erzbischöfe befugt, die Präbenden, die in den päpstlichen Monaten in Erledigung kommen, ohne weitem Anstand zu verleihen, und werden E. kaiserliche Majestät allergnädigst geruhen, die Erzbischöfe bei diesem Rechte so, wie die diöcesanen noch besondern Erzbischöflich- Salzburgischen Befugnissen, gegen alle Eingriffe Reichs- oberhauptlich zu schützen; da aber

d) Den Erz- und Bischöfen Deutschlands zur ordentlichen Verwaltung ihrer Diöcesen die Vergebung der Benefizien nöthig ist, und in den Konkordaten die Sechs Monate den Päpsten nicht auf ewig eingeräumt sind, so wird auch hierinn auf dem hoffentlich bald zu Stande kommenden National-Concilium Abhilfe zu erwarten sein.

Die in den Konkordaten unbekannt und durch die Kurialisten nachher in die Indulta eingeführte Provision muß jetzt schon für die Zukunft gänzlich aufhören, besonders weil diese nicht nur dem Proviso ohne Noth große Kosten verursachet, sondern auch zu vielen Streitigkeiten und Benefiziensschereien Anlaß giebt.

ddd) Vide Weismanns kurze Bemerkungen über das Resultat des Unser Congresses, pag. 78. ubi ait: „Schon das Wort Indulzum vernichtet alle Beschwerde dieses §., denn da der Pabst die ihm zustehende 6 ungleiche Monaten, und die Vergebung der in diesen Monaten entledigten Präbenden den drei geistlichen Kurfürsten verwilliget und angeordnet hat; so kann er diese Ueberlassung auf gewisse Jahre einschränken, oder die ihm vermög der Konkordaten zustehende Verleihung der Pfründen einem andern übertragen. Kann ein weltlicher Patronus sein Patronatsrecht einem andern auf gewisse Jahre verwilligen, warum soll der Pabst seine

seine Monate nicht auch andern überlassen können? oder welches Recht haben wohl die drei geistlichen Kurfürsten diese Ueberlassung zu fodern? waltet auf derselben Seite ein Gerechtfame vor, so müste diese Ueberlassung aufhören ein Indultum zu sein. Was ferner

Ad a) angemerkt wird, bestätiget vollkommen unsere Meinung. Denn soll sich der Kaiser bei dem päpstlichen Stuhle dahin verwenden, damit die an andere überlassene päpstliche Monate den drei Erzbischöfen zurückgegeben werden, so wird hierdurch selbst eingestanden, daß man mit Recht auf selbe keinen Anspruch machen kann, und da

Ad b) noch hinzugesetzt wird, daß dieses Indultum perpetuum. (so lange nämlich der geistliche Kurfürst lebt) so gleich mit der Confirmations-Bulle sollte ausgefertigt werden; so wird auch hiedurch unser vorige Satz bestärket, daß nämlich ein solches Indultum nichts anders als eine päpstliche Vergünstigung oder Bewilligung sei, dergleichen Präbenden im Namen des heil Stuhles verleihen zu können. Wir müssen noch beisetzen, daß durch den Tod des Pabstes dieses von Rom erhaltene Indultum gänzlich erlösche, und die Kollation der in päbstl. Monaten erledigten Präbenden keineswegs dem Kurfürsten, sondern dem Capitulo anheimfällt. Diesen Satz erproben mit mehreren, sowohl die von den Universitäten zu Trier Anno 1575. d. 1. Februar, und Heidelberg den 24. Jenner, als auch das von dem gelehrten Ludwig Böhmmer den 20. Febr. ausgestellte Rechtsgutachten. Wir können also

Ad c) nicht begreifen, wie die Deputirten mit Rechtsbestand die Verleihung der Präbende der päpstlichen Monate ohne der Willfähigkeit des Pabstes, und ohne Ertheilung dieses Indults den drei geistlichen Kurfürsten haben zueignen können, da doch in gemeinen Rechten versehen ist, *quod irrita sit provisio beneficiorum apud curiam vacantium, quocunque jure ordinario potestas facta sit, nisi pro eis conferendis specialis & expressa auctoritas ab ipso Pontifice*

## §. 19.

Uti Concordata Germanica, ita etiam hoc Jus Archiepiscoporum sancte est custodiendum, eo quod inimitatur 1) pactis & promissionibus Sedis apostolicæ perpetuis.

Quemadmodum Concordata Germanicæ seu Decreta Basileensia a Natione nostra Anno 1439. acceptata & ab EUGENIO IV. confirmata, nec non ASCHAFFENBURGENSIA inter NICOLAUM V. & Nationem nostram inita sunt custodienda inattentis novissimis Authorum quorundam contradictionibus eee). Ita quoque hoc Jus circa bene-

ficæ sit attributa. Cap. 2. de Præbend. in 6. bei diesen so klaren Umständen, und da besonders die Konkordaten für die Gerechtfame des römischen Stuhls das Wort führen, wird man sich des Beistandes des Reichsoberhaupt, welches der Schützer der Konkordaten ist, nicht zu erfreuen haben.“ — Et infra pag. 63. „Daß sich der Indultarius nach der Vorschrift des erhaltenen Indulti richten muß, ist eine ausgemachte Sache: Da nun die Indulta die Klausel enthalten: Personæ sic nominatæ intra Sex Menses, a die Collationis & provisionis novas provisiones super illis a Sede prædicta impetrare ac Literas apostolicas desuper in totum expedire, ac Jura Cameræ & aliis propterea debita persolvere tenentur &c. so läßt sich aus diesem die Folge entnehmen, daß die zweite Provision um so minder aufhören kann, da selbe sowohl in dem Indulto selbst, als auch in den Konkordaten gegründet ist, in welchen festgesetzt worden: *de Beneficiis inferioribus, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, in vim Concordatorum nihil solvatur.* Wenn also die Einkünften der Præbende diese bestimmte Summe übersteigen, so muß die zweite Provision nach dem Indulto und Konkordaten Platz finden.“

eee) Sunt 1) qui prætendunt Decretis Basileensibus a Natione nostra acceptatis & ab Eugenio IV. nec non Nicolao V. confirmatis, nihil hodie

beneficia mensium inæqualium Archiepiscopis Germaniæ abs-  
que

die roboris inesse amplius, quia in Bulla EUGENII IV. tantum confirmarentur Decreta Basileensia nostræ Nationi, donec per legatum hujusmodi Concordatum fuerit, vel per Concilium . . . aliter fuerit ordinatum. — Igitur Eugenius IV. non confirmavit hæc Decreta pacto perpetuo, sed solum duraturo, donec aliud Concordatum iniretur: Concordatum aliud fuit initum: videlicet *Ashaffenburgense*: igitur decreta Basileensia hac conditione alterius Concordati impleta prorsus cessarunt: ita Author anonymus der Geschichte der Fundamental-Gesetze der deutschen katholischen Kirche im Verhältniß zum römischen Stuhle. Siehe historisches Magazin von C. Meiners und Spittler 1sten Bandes, 2. Stück, p. 373. ubi ajunt: „Wenn zu Ashaffenburg nichts versprochen werden sollte, als daß alles, was Eugen zugesagt habe, falls es nicht ausdrücklich zu Ashaffenburg geändert worden, unverändert gehalten werden solle, so war offenbar nichts entschieden für die ewige Beibehaltung der väster Dekrete; denn Eugen hatte die ewige Beibehaltung derselben nie zugesagt; er war nicht länger an diese Dekrete gebunden, als bis sein Legat mit den Deutschen konfördirt hätte, oder wenn etwa der Vergleich, den sein Legat zu Ashaffenburg schloß, kein volles Konkordat, sondern nur einstweilige schriftlich versicherte Toleranz auf einige bestimmte Jahre sein sollte, nur so lange an diese Dekrete gebunden, bis eine allgemeine Synode endlich entscheide.“ — Hos imprimis brevitatis gratia remitto ad Diss. MEAM 1774. Treviris editam, & recusam in Fasciculo III. ad Concord. Germ. de jure consecrandi Suffraganeos Metropolitæ Germaniæ vindicato ex Concordatis Principum §. 7. ibi: „Concordata Imperii“: Quemadmodum id insinuat 1) ipsum acceptationis Instrumentum sub Alberto Romanorum Rege, 2) Diploma generale Frederici Alberti successoris, quod reperitur asservatum in Abbazia ad S. Jacobum Moguntia. 3) Instrumentum facultatis, quod Eugenius

que ulla contradictione & restrictione illatum est conservandum,  
quia

nius IV. dedit suis Legatis ad Diætam Francosurdensem, ut confirmarent Germaniæ nostræ nomine Pontificis Decreta sub Alberto II. acceptata, quod extat apud Raynaldum ad An. 1446. n. 3. 4) Ipsa Eugenii IV. Bulla, quæ incipit: ad Tranquillitatem, præcipue in verbis *finaliter concordare*. 5) Bulla specialis desuper data Archiepiscopo Moguntino, cujus originale extat in Archivio B. M. V. ad Gradus Moguntie. 6) Fœdus initum inter Archiepiscopum nostrum Trevirensis ac Regem Galliæ 28. Julii An. 1447. extans in HARTHEIM Conc. Germ. Tom. 5. p. 385. & H. D. T. T. 2. p. 409. 7) Item clausula Concordatis Aschaffenburgensibus inserta: *in aliis autem*. Confer quoque 8) rationes pro firmitate eorum adductas a cl. WÜRDTWEIN in *Subsidis Diplomat.* 9) Accedunt plura Concilia provincialia, inter cetera *Coloniense* de An. 1536. quod ad variis ejusmodi decreta acceptata provocat. — Vide etiam Diss. cl. NELLERI de *certis S. Concilii Basileensis decretis a Germania acceptatis* in Theol. Jur. Eccles. Germ. Tom. 1. — Porro hæc sententia penitus corrui ex Liberis ENEÆ SYLVII Cardinalis Senensis ad Mejerum Cancellarium Mogunt. 1457. datis apud RAYNALDUM Annal. eccles. T. XVIII. pag. 495. ibi: „Cum dicis Decreta Basileensis Concilii non custodiri idque putas injuriosum esse Nationi, indignam dicimus esse querelam tuam; propter Decreta enim Basileensis Concilii inter sedem Apostolicam & Nationem vestram dissidium cepit, cum vos illa prorsus tenenda diceretis, apostolica vero sedes omnia rejiceret: itaque fuit denique compositio facta, in qua nos imperatorio nomine interfuimus quæ certam legem dedit deinde inviolabiliter observandam, per quam aliqua ex decretis consilii prædicti recepta sunt, aliqua rejecta; itaque non iuste ajis, si per omnia servanda esse Decreta contendis.“ — Hic manifeste dicitur, quod in Compositione inter Nationem & Sedem Apostolicam facta, quæ NB. certam legem dedit deinceps inviolabiliter observandam, aliqua Decreta Basileensia fuerint accepta, immutatis aliis: nonne hic palam indicatur Clausula Concordatis Aschaffen-

fen-



quia innititur 1) pactis, promissionibus, & concessionibus, quas  
Sedes

fenburgensibus inserta: in aliis autem, quæ per felicis record. Eugenium Papam IV. etiam Prædecessorem nostrum pro dicta Natione, usque ad tempus futuri Concilii generalis permissa, concessa, indulta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordie præsentis non obviant, ista vice nihil volumus esse immutatum. — Igitur Decreta Basileensia, quantum in Concordatis Alschaffenburgensibus non sunt immutata, legem constituunt deinceps inviolabiliter observandam. — Sunt 2. qui prætendunt, de Decretis his Basileensibus altum in Germania fuisse silentium, donec nostra ætate Cl. HORIX & post hunc Cl. NELLERUS viri in Germania celeberrimi illa suis quasi ex cineribus refuscitassent: Verum ex Adjuncto N. 1. palam est, jam Anno 1735. ad hæc Decreta Basileensia ceu Concordata nostræ Nationis in Archi-Diacastrio Viennensi aulico fuisse provocatum, atque ab hoc secundum illa judicatum. . . Demonstravit hic Anonymus (cujus memoria Germanis propterea merito sit immortalis) hæc Decreta Basileensia, quantum in Alschaffenburgensibus non sunt immutata, Legibus & pactis publicis Imperii adnumeranda esse. — Alii porro 3. prætendunt: in Capitulatione Cæsarea Art. 14. §. 1. 3. sub nomine Concordatorum Imperatores & Electores Imperii nonnisi novissima ætate Anno videlicet 1764. Concordata Principum fuisse intellecta, non ita tempore anteriori. — Verum hanc Sententiam esse falsam facile demonstro ex Epistola Archi-Episcopi Electoris Moguntini Anno 1699. ad Summum Pontificem data in FABRI Staatskanzley T. 5. p. 127. ubi legitur: „Rex Romanorum juravit officia sua inter positurum se, ut causæ ecclesiasticæ omnes a viris doctis, & Status patriæ hujus peritis „exemplo Galliarum, Statuum Veneti, Genuensis, & aliorum in Germania discutiuntur & sine debito terminentur. Ubi hoc juravit Imperator? R. non alibi quam in Capitulatione Art. 14. §. 1. ubi se Protectorem Concordatorum Principum & aliorum pastorum cum fede apostolica profitetur: ubi vero statuitur: causas ecclesiasticas in Germania sine debito esse terminandas? R. in Decretis Basileensibus seu  
Con-

Sedes apostolica ratione iutorum Concordatorum illimitate fecerat Archiepiscopis Germaniæ (fff).

§. 20.

Concordatis Principum, quia Alschaffenburgensia *de Causis* nihil statuunt, nisi quantum hæc illa recipiunt per Clausulam: *in aliis autem &c.*... Igitur Archi-Episcopus Elector Moguntinus jam Anno 1699. discrete agnovit etiam *Decreta Basileensia* jurari ab Imperatore in Capit. Cæs. loc. cit.

fff) *Promissio & concessio* hujus Juris *illimitate* facta Archi-Episcopis Germaniæ a sede apostolica colligitur ex Epistola Archi-Episcoporum Imperii Anno 1673. ad summum Pontificem data in *ADJUNCTO N. III.* ubi ajunt: *Sedes apostolica, quod Electoribus ab initio, ut dictum est, seorsim promiserat, etiam ex fide præstitit, id est Electores per specialia indulta eorum vita duratura, ad suasque collationes plenissime restituit, perinde ac si nullum emanasset Concordatum, mansitque omnino hæc praxis ex promisso firma & rata eorum successoribus gavisis sine aliqua exceptione constanti facultate beneficia conferendi in mensibus reservatis.* — Eandem promissionem & Concessionem illimitate factam esse Archi-Episcopo Electori Coloniensi testatur *ADJUNCTUM* sub N. II. in verbis: *quod omnia beneficia, quorum provisio vi concordatorum inter sedem Apostolicam & Nationem Germanicam in eundem sibi & apostolicæ sedis permanebit in Diœcesi Coloniensi ab ipso Archi-Episcopo Theodorico & ejus Successoribus sine ulla contradictione in perpetuum provideri debeant, benevole promissæ, eandem vero promissionem primo a Nicolao V. paucis ante obitum suum diebus per Literas ejus nunc nobis in Originali præsentatas impletam & confirmatam esse.* — Similis Concessionis Ecclesiæ Trevirensis in Prodrom. Hist. ecclæs. Trev. pag. 851. ibi: *Postea sub Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tempore Jubilæi, juncto sibi Conrado Metensi Episcopo, cum honorata comitiva centum & quadraginta Equitum peregre Romam proficiscitur, Pontificem Nicolaum V. adit, plura pro honore Ecclesiæ suæ, etiam*

in

## §. 20.

*Immititur 2) Capitulatione Casarea, in qua promittit Imperator se Gravamina desuper opposita impediturum.*

Quando Sedes apostolica Regulis Cancellariæ aliisque clausulis & limitationibus contra pacta & promissa summorum Pontificum huic juri derogare coeperat, gravissimis querelis sese opposuerant Archiepiscopi Electores Imperii, præcipue in Comitiis Norimbergensibus an. 1522. desuper exhibitis (ggg), & porro dum

*in usum suum, prærogativas præsertim nominationes ad singulos Collatores suæ Diocesis, quibus multum provisum fuit, impetravit.*

— Quod Archi-Episcopo Salisburgensi hæc promissio & concessio beneficiorum in mensibus inæqualibus vacantium facta fuerit, ostendit Auctor der Nachrichten vom Zustande der Gegenden und Stadt Juvavia: vor, während und nach Beherrschung der Römer bis zur Ankunft des heil. Ruperts, und von dessen Verwandlung in das heutige Salzburg. Mit einem diplomatischen Anhang von verschiedenen schriftlichen Denkmalen und Urkunden aus dem VI. bis XI. Jahrhundert. 1784.

Archi-Episcopo Electori Moguntino similem promissionem & concessionem esse factam non dubito, cum huic Concordatorum Aschaffenburgensium existentiam Sedes Apostolica præcipue in acceptis referre debeat; ceu testis est Caspar HEDION *Eccles. hist. Lib. 11. Cap. 21.* — Nec dubito, in Archivii Ecclesiarum Archi-Episcopalium Germaniæ plura alia documenta hujus promissionis & concessionis illimitate factæ a sede Apostolica, contineri.

(ggg) Gravamen desuper specialiter oppositum a Statibus Imperii refert Moser Betrachtungen über die Wahlcapitulation Josephs II. Theil 2 pag. 127. alte Privilegien zu handhaben, zu dem allem wiewohl geistlichen und weltlichen Ständen als obgemein hies

dum in Comitiiis Augustanis 1530. hoc gravamen cum reliquis fuit iterato propositum, promisit *Imperator*, se curaturum, ut gravamina hæc aboleantur (*bbb*); cum vero hi AUGUSTISSIMI & Sta-

vor, von päpstlicher Heiligkeit Privilegien und Freiheiten begeben werden Probsteyen und ander obgerürt Beneficia selbst zu verleihen, so seynd ihnen doch in demselbigen durch neue Sünd von dem Stul zu Rom allerley Practica gebraucht solchen Freiheiten zu derogiren, aufzuheben, und in anderweg mancherley Eyntrags geschehen, derhalben bitten die Stände des Reichs, solches abzustellen, hynfür zufürkommen, und ein jeglichen bey seinen Freiheiten zu handhaben, wie sich der Billigkeit nach gebührt.

(*bbb*) Verba hujus Recessus Imperii §. 131. ita habent: „Als auch teütscher Nation Beschwerden, so sie gegen den Stul zu Rom uns auf dem Reichstag zu Worms fürbracht, und folgendes zu gehaltenen Reichstagen zu Nürnberg und Speyer davon auch Anregung beschehen, jeso allhie durch Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände des Reichs, uns wiederum in Schriften überliefert worden, mit unterthänigster Bitte, solche Beschwerden an päpstlicher Heiligkeit Legaten, so jeso allhier, gelangen zu lassen, dar auf zu handeln und Wege zu suchen, damit dieselbe uns fürbrachte Beschwerden abgewendet werden möchten. Demnach haben Wir päpstlicher Heiligkeit Legaten dieselbe Beschwerden thun fürhalten, und darauf durch unsere Churfürsten, Fürsten und Stände darzu insonder verordnete Räthe, mit ihm deshalben Handlung fürgenommen. Als er aber sich hören und vernehmen lassen, daß in demselbigen Beschwerungen etliche Articul begriffen, die in seinem Gewalt nicht stünden, mit Anzeigung seines Bedenkens und guts willigen Erbieten *ic.* Also, daß dismal nichts fruchtbars noch endlichs, auf solcher gemeiner Ständ Begehren hat gehandelt werden mögen: so haben wir uns, der Sachen zu Gutem und Förderung, gnädiglich unterfangen und bewilliget, durch unsern Oratorn bey päbste

Statuum Imperii Conatus suo effectu fuissent destituti, jurarunt deinceps Imperatores inter alia: se Archiepiscopos . . . in suis juri-  
bus, libertatibus & privilegiis manutenturos, nec permissuros esse,  
ut illis a Sede apostolica contraveniatur (iii).

### §. 21.

Innititur 3.) Art. 5. §. 26. Pacis Osnabrugensis.

Hoc jus Archiepiscopale non solum innititur pactis, promif-  
sionibus & concessionibus summorum Pontificum tempore Con-  
cordatorum illimitate factis (§. 19.) atque Recessibus Imperii, &  
Capitulatione cæsarea (§. 20.) verum etiam aperta Pacis Osnabru-

---

päpstlicher Heiligkeit mit allem höchsten Fleiß zu handeln, und die  
Sache dahin zu fördern, damit solche Beschwerden abgestellt, und  
dieser unser Nation, in solchem ihrem billichen Begehren, Statt  
gegeben werde“—

ii) Capit. Cæsar. Art. 14. §. 1. 3. ubi specialiter statuitur: „Auch dar-  
ob und daran seyn, daß die vorgemeldete Concordata Principum und  
aufgerichtete Verträge, auch Privilegien Statuten und Freyheiten,  
gehalten, gehandhabet und denenselben vestiglich gelebet und nach-  
gekommen, jedoch, was für Beschwerung darinn gefunden, daß  
dieselbe (vermöög gehabter Handlung zu Augspurg in dem 1530sten  
Jahr bey abgehaltenem Reichstag) abgeschafft, und hinführo ders-  
gleichen ohne Bewilligung der Churfürsten nicht zugelassen wer-  
de.“ — Hæc dispositio Capit. Cæs. palam se refert ad Recessum Au-  
gustanum supra dictum, quod uti reliquis gravaminibus, ita etiam  
huic: quod Archi-Episcoporum Juri circa beneficia mensum in-  
equalium variis modis derogetur: satisfaciendum esse statuitur:  
cui MOSER disertis verbis loc. cit. pag. 97. n. 12. docet.

brugenſis litera firmatur (kkk), quando Art. V. §. 26. *ſuſpenſis menſibus papalibus intuitu Præbendarum Aug. Conf.* ſtatuitur: *Conferant etiam Archiepiſcopi . . . Beneficia menſium extraordinariorum* (lll).

§. 19.

kkk) *De menſibus papalibus* actum fuit iteratis vicibus in Congreſſibus præviis, antequam pax univerſalis Oſnabrugeniſis Concluſa fuit: Proſtantes omnes reſervationes beneficiorum in eccleſiis ſuis, puris ſive mixtis, mediatis ſive immediatis, penitus abolendas eſſe urgebant, urgentibus contrarium ſtatibus Catholicis, ceu concepta pacis documenta utrimque exhibita teſtantur: unanimitèr autem Status Imperii Catholici & Aug. Conf. in omnibus prædictis conceptis instrumentis Archi-Epiſcopis reſervant *ſus conferendi beneficia vacantia in menſibus extraordinariis*: reſert illa ſæpe citatus MEJERN in Aſ. publ. Tom. III p. 334. 429. Tom. IV. p. 93. 121. 139. 184. 197. 540. ubi ſemper reperies clauſulam: *Conferant etiam Archi-Epiſcopi beneficia menſium inæqualium*.

lll) Dum tandem pax ipſa concluſa & utrimque ratificata fuit, aboliti ſunt mutuo Conſenſu menſes papales intuitu præbendarum Aug. Conf.; in eccleſiis mixtis vero Papæ relicta ſunt præbendæ Catholicorum, in menſibus inæqualibus, ita tamen ut proviſio a Sede Apoſtolica immediate detur, non a Nunciis, quibus nihil poteſtatis in Imperio tribuendum exiſtimarunt Pacifcentes teſte Cl. HENNINGES med. ad Inſtrum. pacis Art. 5. §. 21. quid vero de beneficiis menſium inæqualium in eccleſiis Catholicorum puris diſponitur? *Re. conferant etiam Archi-Epiſcopi beneficia menſium extraordinariorum*. — Ad quem textum rectè notat de BUCKISCH in obſerv. ad Inſtrum. pac. obſ. 50. „Quandoque Pontificem menſibus ſuis renunciare ſolere: qualium conuentionum particularium tum & privilegiorum ac immunitatum fit mentio in Capit. Cæſ. Leopold. Art. 19. ubi eum in contrarium quædam moliri tentaret Curia Roma-

§. 22.

*Respondetur Adversariis. Et concluditur.*

Ex deductis abunde patet, Jus hoc Archiepiscopale hodie non esse meram gratiam Romanæ Curiae (*mm*), nec a Papa limitari, minus in alios transferri posse (*nn*), & siquid in præjudicium hujus juris hucusque ab illo actum fuerit, in irritum esse revocandum (*oo*), atque ab Imperatore in vim Capitulationis suæ, & Pacis Osnabrugensis cassandum.

---

*na Imperator jure Majestatis sese impediturum spondit, nec jura Germanorum hac in parte debilitari passurum.*—Vid. HENNINGES loc. cit. p. 319.

*mm*) Jus, quod innititur pactis Conventionibus & promissionibus specialibus, quod post gravamina contra Curiam toties iterata, in vim Capit. Cæs. Archiepiscopis *integrum* conservatur, quod pace publica Imperii Archiepiscopis reservatur, jus hoc inquam, mera gratia Papalis dici nequit; imo cum Archiepiscopi hoc jus *titulo pacis publicæ* deinceps exercent, omne Indultum Romanum erit superfluum.

*nn*) Si non sit mera gratia Papæ nec limitari, neque in alios transferri potuit sine perfidia Romanæ Curiae, & sine læsione jurium ac Legum Imperii.

*oo*) Si Papa hætenus huic juri derogasset, atque illius exercitium transfulisset in alios, id non præjudicat Archiepiscopis Germaniæ, quia hæc attentata Curiae palam adversantur Juribus & Constitutionibus Imperii, quibus jus hoc Archiepiscopale semper conservatum fuit, integrum & attentatis Curiae palam & publice contraditum. — Nec dubito, quin, si Archiepiscopi a Curia in exercitio sui juris quomocunque læsi Augustissimum Imperatorem implorassent

raſſent, ejuſmodi facta & tentata Cutiæ fuiſſent in irritum revocata:  
 — Imo ipſimet Pontifices Eminentiffimo ac Sereniſſimo noſtro Archi-  
 Epifcopo juſ menſium inæqualium, quorum partem hætenus dede-  
 rant Coloniënſi Univerſitati, integrum conſervarunt, dum in omni-  
 bus Indultis alte fatæ Univerſitati datis declararunt, ſuæ intentionis  
 non eſſe, ut inde juri Archi-Epiſcopali præjudicaretur, poſita clauſula:  
*Sine præjudicio venerabilis fratris moderni & pro tempore exiſten-  
 tis Archi-Epiſcopi Coloniënſis.* Vide Diſſ. MEAM *de menſibus Papa-  
 libus* in Tom. I. Diſſertationum mearum ed. Bonæ 1783. pag. 231.  
 ſeqq. ubi hoc juſ Archi-Epiſcopale ſuſius demonſtratum ivi; ubi pariter  
 §. V. ſeqq. oſtendi novam provisionem Romanam non eſſe neceſſariam.  
 Atque hæc de jure iſto pro nunc ſatis dicta ſunt, alia occaſione uberius  
 deducenda.





# ADJUNCTUM I.

In Quo ostenditur, jam Anno 1735. Concordata Principum fuisse agnita seu valida.

Vindicia canonica contra Rapsodiam germanicam sub titulo: Bericht von denen zwischen dem Hochwürdigem Hochwohlgebohrnen Herrn Friderich Christian Freyherrn v. Fürstenberg, der bischöflichen hohen Cathedralkirchen zu Hildesheim, Paderborn und Münster respective Domprobsten und Capitularn ic. einem: und dem Hochwürdigem Hochwohlgebohrnen Herrn Franz Adam Anton Freyherrn v. Weichs der bischöflichen hohen Cathedralkirchen zu Hildesheim und Osnabruck Capitularn andern Theil obschwebenden Irrungen ic. edit. 1735.

## UNDETRICESIMA DEMONSTRATIO.

Evidens est, quod Decreta in hac causa, ab Auditor Camera Apostolica, seu precipitanter, & tumultuarie contra Provisum Ordinarii lata, vitio nullitatis laborent; quia lata sunt a Judice incompetente; incompetens enim Judex fuit in hac causa Auditor Camera Apostolica.

Primo: quia juxta Concordata ipsa Spho 7. ibi: *in aliis autem, quæ per felicitis record. Eugenium Papam IV., etiam Prædecessorem nostrum pro dicta Natione, usque ad tempus futuri Concilii Generalis permessa, concessa, indulta, ac per Nos confirmata fuerunt, in quantum illa Concordiæ præsentis non obviant, ista vice nihil volumus esse immutatam*: Germani in Causis, non Majoribus, in Fus Romanam invitati vocari non possunt; nam tale Privilegium, Consuetudini antiquissimæ innixum, in Concilio Basileensi fortius stabilirum, & pro Germanis ab Eugenio IV. sub finem Vitæ, & ab Nicolao V. primo statim Regiminis anno confirmatum, sub citatis Concordatorum verbis Spho 7. indubitate continetur. Pro quo sciendum

Quod

Num. 1.  
Decreta Romana contra Provisum Ordinarii, lata sunt ab iudice incompetente, ideoque certo nullitatis vitio laborent.

Num. 2.  
Germani in causis ecclesiasticis (majoribus solum exceptis) Romanam, in jus trahi nequeunt; quod maneat alta mente repositum.

Num. 3. *Incomparabile hoc, & pulcherrimum Germanorum Privilegium, ex Historia Ecclesiastica, & jur. Publico concludentes probatur.* Quod Pragmatica Sanctio, ex Concilio Basileensi extracta [quam anno 1438. sub Alberto II. Cesare Germani cum Gallis admiserunt] hunc habeat Articulum 15um e locis quæ ab Urbe (ita per Anthoniasiam Roma vocatur) quatuor dierum itinere distant in jus vocandi Romanam, NB. nisi in causis majoribus, fas non esto. Eiusdem Articulus 16tus ita sonat: qui damnò, aut injuria gravabitur, eam, qui proximus est Superior, appellato, si tale est damnum, quod per ejus Sententiam restituï possit: alioquin, si ad Romanam Ecclesiam Jdex per exceptionem (ut in Exemptis) pertinebit, causam definiendam, ad eum, qui ejusdem Regionis est, judicem [si metus absit] Pontifex committito. Constant hæc omnia ex Goldasto Tom. I. Constitut. Imperialium ad Annum 1438. pag. 401.

Num. 4. *Privilegium illud, seu potius antiquissimum Jus, continetur manifeste Art. 15. & 16. Pragmaticæ Sanctionis, a Germanis, Anno 1438. sub Alberto II. Cesare ex Concilio Basileensi admilla.*

Capitula autem in Pragmatica, ex Concilio Basileensi extracta, & a Germanis Anno 1438. sub Alberto II. admilla, specialissime pro Germanis (non autem pro Gallis) ab Eugenio eatenus esse confirmata, etiam pro futuro, quatenus per Concordata, vel per Concilium generale, non immutentur, patet evidenter ex utiissima, sed pro dolor! paucis cognita, & ab ipso Nicolartio ignorata, Constitutione Eugenii IV. ad Tranquillitatem, & communitatem. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXLVI. Non. Febr. Pontificatus Rainald. in *Annalib. Ecclesiasticis ad Annum 1447. n. 6.* Pater inde, inquam, quod Capitula omnia, quæ Germani admiserant e Concilio Basileensi, pro Præterito, confirmata sint illimitate ibi: *Super aliis autem Decretis Basileæ editis, & per claræ memoria quondam, Alberti tunc Romanorum Regem, acceptatis (ex quorum Observantia Natio ipsa Germanica ex pluribus Gravaminibus dicitur relevari), contenti sumus, volumus, & decernimus, quod*

Num. 5. *Fragmentum autem Constitutionis Eugeniæ, hæcenus paucis (quod dolenter referimus) nota.*

quod omnia, & singula, vigore Decretorum hujusmodi . . .  
quomodolibet gesta . . . firma, & immobilia persistant.

Circa observantiam autem in futurum ita statuitur:  
Decrevimus Legatum nostrum cum sufficiente Potestate  
ad partes Germaniæ hujusmodi transmittere, qui . . .  
super observantia, & modificatione Decretorum hujusmo-  
di . . . tractare poterit, & finaliter concordare; per-  
mittentes interim, & indulgentes, quod omnes, & sin-  
guli, qui præfata Decreta receperunt, vel recipientibus,  
ut præmissum est, adhaerent in Præfata Natione . . .  
libere, ac licite uti possint. Quos etiam circa singula  
præmissa, manuteneri, & defensari volumus, donec per  
Legatum hujusmodi, ut prædictum est, concordatum fue-  
rit, vel per Concilium . . . NB. aliter fuerit ordina-  
tum, non contraventuri, nec contravenientibus consensu-  
ri quovis modo. Et infra: Nos enim ex nunc irri-  
tum decernimus, & inane, si secus super iis, a quoquam,  
quavis autoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit  
attentari.

Aureæ hæ Eugenii IV. literæ, in summum Germano-  
rum commodum, sub vitæ Vesperam emanata, continuo  
a Successore Nicolao V. sunt confirmata, teste eodem  
Odonico Raynaldo I. c. ibi: *Quæ a Nicolao V. proximo  
anno sunt corroborata.* Et allegat ad marginem Raynal-  
dus locum, ubi Confirmatoriæ Nicolai V. reperiri possint;  
scilicet in MS. Bibliotheca Vat. Sign. Lit. E. num. 19.  
pag. 5. & 19.

Et ipse Nicolaus V. de ista confirmatione, Anno 1447  
sub initium Regiminis sui edita luculentissimam mentio-  
nem facit. Anno 1448. die 15. Februarii, paulo ante  
confectionem Concordatorum in Bulla incip. *Sedis aposto-  
licæ providentia*, relata a cit. Raynaldo ad Annum 1448.

n. 3.

Num. 6.

Illa Constitutio-  
ne confirmatur  
Pragmatica Sap-  
ientia pro Germa-  
nis, in omnibus  
punctis; nisi in  
futurum, vel per  
Concordata, vel  
per generale Con-  
cilium, immuten-  
tur; Articulus au-  
tem 15 & 16. nec  
in Concordatis,  
nec in generali  
Concilio sunt im-  
mutati.

Num. 7.

Eugenianam,  
Pragmatica con-  
firmatoriam, Ni-  
colaus V. conti-  
nuo post Corona-  
tionem suam, ap-  
probavit, corro-  
boravitque.

Num. 8. *Testimonium ipsiusmet Nicolai V. quo testatur, omnia Germanis ab Eugenio indulta, ab se esse confirmata.*

n. 3. à pag. 348. ibi: *Divina favente Clementia ad Apicem Summi Apostolatus assumpti, post nostram subsequendam Coronationem, per quasdam Literas nostras declaravimus: Nostræ intentionis fuisse, & esse, quod per quæcunque Statuta, Decreta, Ordinationes, Regulas, & Signaturas, etiam Supplicationum per Nos facta, vel facienda, seu per quasvis Gratias, per Nos de cætero faciendas, in nullo derogeretur Factis, Gestis, Concessis, Statutis, Indultis, per ipsum Prædecessorem (Eugenium scilicet) in natione prædicta, neque illis aliquid in toto, vel in parte præjudicium generetur; cum intentionis nostræ existeret, Gestis, Factis, Concessis, Statutis, & Indultis hujusmodi NB. nulla re contravere; quin potius, ut ea suum consequerentur effectum, volumus, decrevimus NB. inviolabiliter observari, firma in singulis, prout in dictis Prædecessoris, atque nostris literis desuper confectis (quarum tenores præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis) plenius continetur. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Millesimo quadringentesimo octavo XVIII. Kalend. Februar. Pontificatus nostri Anno secundo.*

Num. 9. *Ostenditur, quomodo sepe dictum Germanorum Privilegium ex Concilio Basileensi extractum, & a Germanis Ann. 1438. admissum; ab Eugenio, & Nicolao solemnissime confirmatum, ipsis Concordatis incorporatum & in aliis autem.*

Eodem Anno 1448. die decima nona Martii, sive decimo quarto Kalendas Aprilis (ut recte Branden transumpsit ex Registro Bullarum Nicolai V. l. 2. Secretorum fol. 203. contra errantem aliorum calculum) condita sunt Concordata; in quibus, ut diximus, sp̄ho VII solemnissime omnia indulta Eugenii; quæ Concordatis non obviant (adeoque & Privilegium illud de non evocandis in vitis Romam in Jus, in causis non majoribus, in Concilio Basileensi stabilitum, Anno 1438. sub Alberto II. Cæsare a Germanis acceptatum, ab Eugenio IV. Nonis Februarii Anno Incarnationis Dominicæ 1446. per Bullam incip. *ad Tranquillitatem* &c. confirmatum, ab Nicolao V. statim post Coronationem ulterius constabilitum) sunt

sunt in perpetuum approbata. ibi: *In aliis autem, quæ per felic. Record. EUGENIUM Papam IV. etiam Prædecessorem nostrum pro dicta Natione usque ad tempus Generalis Concilii, permissa, concessa, indulta & decreta, ac per Nos confirmata fuerunt, in quantum Concordiæ præsentis non obviant, ista vice nihil volumus esse immutatum.*

Unde cum Jus illud, & Privilegium: *de non evocandis Romam in Jus Germanis, in causis non majoribus*, nullatenus obviet Concordatis (quæ de foro competente nullibi agunt) sequitur necessario, illud JUS, & Privilegium Germanis competere, non tantum vi *Concilio Basiliensis*, non tantum Autoritate Eugenianæ in *Tranquillitatem*, non tantum vigore Constitutionis Nicolai V. quæ statim post Coronationem, omnia Privilegia, Jura, & indulta, Germanis ab Eugenio IV. concessa confirmavit; sed NB. etiam virtute *ipsorummet Concordatorum Germaniæ*: contra quæ: cum nulla Præscriptio, nullus attendatur usus contrarius, Privilegium hoc in hanc usque diem inconcussum stat, inviolatumque.

Quod autem Laërtius Cherubinus in Bullario, & Nicolartius ad marginem Concordatorum Spho: *in aliis autem*, Sphum istum restringant ad Constitutionem Eugenii incip. *inter cætera desideria* (quæ ultima est in Bullario Cherubini) error palpabilis est, hominum, qui Constitutionem Eugenii IV. incip. *ad Tranquillitatem*: vel non viderunt; vel vidisse *dissimularunt*; nam Constitutione illa ultima incip. *inter cætera desideria*: Eugenius nihil usque ad tempus futuri Generalis Concilii permittit, concedit, indulget, decernit, ut tamen loquuntur Concordata Spho: *in aliis autem*. In Constitutione autem incip. *ad Tranquillitatem*, ea quæ retulimus supra, Eugenius concedit, & indulget; nisi in concordatis vel Con-

silio

Num. 10.

Illud in hanc horam manet inconcussum, inviolatumque, utpote *Concordatis* (contra quæ non præscribitur) incorporatum.

Num. 11.

Castigator lapsus Nicolartsi & Cherubini circa Concordata.

Num. 12.

Ostenditur in Concord. Spho: *in aliis autem*, potissimum respecti ad Eugenianam: *ad Tranquillitatem*.

*cilio Generali immutentur. Cum autem Jus illud Germanorum: ne in minoribus causis Romam inviti evocentur: nec in Concordatis, nec in Concilio Generali sit ademptum, evidens est, quod vi Concordatorum, plenum hodieque robur suum obtineat.*

Num. 13.  
*Causa Scholasteriæ (seu officium sit, seu beneficium) non est de causis majoribus; hinc invitus Provisus Ordinarii, Romam in jus trahi, nequit.*

Num. 14.  
*Leodenses, Galli, & Belgæ, lites suas domi determinant.*

Num. 15.  
*Privilegium Germanorum, est in Canonibus & legibus, fundatissimum.*

Num. 16.  
*Canones jubent causas quasque suis terminari in Provinciis.*

Num. 17.  
*Exceptis causis majoribus, Romæ ventilandis.*

Unde Auditor Cameræ invitum Provisum Ordinarii in causa Scholasteriæ Hildesinæ, quæ non est de *causis majoribus* (quos recenset Glossa & DD. in c. unic. de Cleric. xgrot. in 6. cap. 1. de translato.) obtorto collo ad se trahere *salvis* Concordatis Germaniæ non potuit; sed æque Germanis omnibus, ac Leodiensibus, ac Gallis, ac Belgis, permittere debet, ut lites suas domi terminent; maxime cum illis hanc in rem, tam *Canones*; quam *Leges* faveant. De *Canonibus* ait Concilium Africanum cap. 105. *Prudentissime, justissimeque providerunt, quæcunque negotia suis locis, ubi orta sunt, finienda; nec unicuique Provinciæ Gratiam Spiritus Sancti defuturam, qua æquitas a Christi Sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur.*

*Accusator* (ait Concil. Carthag. III. cap. 8. 9. 10.) *in eo loco, & unde est ille, qui accusatur, locum sibi eligat, proximum; quo non sit difficile testes producere. Ubi causa finiatur.*

*Ultra Provinciarum terminos* (sancit. *can. ultra 4. caus. 3. q. 6.*) *accusandi licentia non progrediatur; sed omnis accusatio intra Provinciam audiatur.*

Excipiunt tamen *Canones causas Majores. Si autem majores cause* (statuit Concilium Sardicense cap. 5.) *in medio fuerint devolute, ad Sedem Apostolicam* (sicut *Synodus statuit, & beata Consuetudo exigit*) *post Jurisdictionem Episcopalem referantur.*

*Sicut*

Sicut Petrus Apostolus (audis can. dudum. 1. caus. 3. q. 6.) primus fuit omnium Apostolorum; ita & Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituyente, prima sit, & eadem, quasi ad matrem, atque apicem, omnes NB. maiores causæ recurrant.

Canonibus consonant Leges. nempe Lex. 3. ff. de re militar. L. 1. & 2. C. ubi de criminib. pulcherrime Num. 18. Idem præcipiunt leges. autem novella 69. cap. 1. ibi: Unusquisque in qua Provincia deliquit; aut in qua pecuniarum, aut criminum reus sit, sive de terminis, sive de proprietate, sive de possessione, aut hypotheca, vel de qualibet alia occasione: illic etiam juri subiaceat.

Rationes addit Imperator l. c. in præfat. ibi: Qui enim in quolibet loco male patitur, aut aliquid suorum amittit, aut de terminis terræ litigat, aut de proprietate, aut de possessione, aut de hypotheca, aut de alio quocunque, quomodo in alio loco valebit Probationes horum, quæ pertulit, exhibere. Et Num. 19. quare.

Aliam rationem dat idem Imperator eadem novella cit. cap. 1. ibi: Quid enim erit durius, quam lesum circa ablationem bovis, aut equi, aut jumentorum alicujus, aut pecudum, aut (ut exiguum dicamus) domesticæ gallinæ, hunc cogi, non in qua aufertur, Provincia litigare; sed alibi currere, & ibi probationes eorum, quæ pertulit, exigi, aut NB. plures expensas pati, quam rei æstimatio est, aut inopiam, ingemiscentem ferre.

Quæ quam belle pretiosissimis libris Romanis, sæpe de beneficiolo, vel alia recula, (ne dicam de lana caprina aut tribus Capellis) ageratis, applicari possint, is solum non videt, qui nihil videt. Rationes hæc maxime quadrant libris Romanensibus. Num. 20.

Hinc

Num. 21.  
*Jure canonicove-*  
*titum est, quem*  
*ultra duas, imo*  
*unam dietam, ex-*  
*tra Diœcesin in*  
*jus vocare.*

Hinc justissimum est statutum INNOCENTII III. *cap. nonnulli 28. de rescript. statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam Diœcesin per literas Apostolicas trahi possit; quod tamen adhuc restrinxit Bonifacius VIII. cap. statutum 11. vers. cum vero. de rescriptis, ibi: Nullus tamen ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis valeat conveniri. Et infra: Quidquid autem contra præmissa, aut eorum aliquod, contigerit attentari; sit ipso jure irritum, & inane.*

Num. 22.  
*Imperatoria vox*  
*Caroli Calvi.*

Unde (oraculum id est Augustissimi Autoris, an Imperatoris? Caroli Calvi ad Joannem Pontificem apud Goldastum tom. 2. Constit. Imperial. ad Ann. 878. pag. 38.) *Sicut præmissimus, Canonum, & legum Conditores, prudentissime, & justissime providerunt quæcunque negotia (causas majores secundum dicta duntaxat excipe) in suis locis, ubi orta sunt, finienda; & per expressa Regularum judicia, disertissime judicanda, & post judicium conservanda.*

Num. 23.  
*Speciale est trans-*  
*alpinorum Privi-*  
*legium, quod in*  
*causis minoribus*  
*Romam arcessi*  
*nequeant, teste*  
*Imperatore ipso,*  
*Carolo Calvo.*

Præter autem *Canones, & leges, Transalpini* (quos inter præcipui sunt Germani) consuetudinem antiquissimam, & expressa allegant *Privilegia*. De quibus testis est *omni exceptione major*, ipse Imperator Carolus Calvus; dum referente Goldasto l. c. pag. 39. ita scribit Joanni Pontifici: *Legimus etiam, quamvis rarissime, Præceptum a Sede Apostolica quosdam de longinquioribus Parochiis, specialis Diœcesis Romani Pontificis (ad cujus sollicitudinem universalis Ecclesia pertinet) NB. propter contumaces contentiones invitari; sed NB. de Transalpinis Regionibus (quibus Decreta Privilegia servari debent) tale quid pro Presbyterorum vel Diaconorum appellatione, a Sede Apostolica præceptum fuisse, non legimus.*

Cujus



Cujus Privilegiatæ Consuetudinis solidam sane rationem adifert ipse Augustissimus scriptor *l. c. pag. 38. Quia pro singulis, ait, Presbyteris Episcopi transalpini regulariter iudicatis, missis, & actionum documenta dirigere non valent; nec testium necessarias personas, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel pro multis aliis impedimentis Romam producere.*

Idem Purpuratus Canonista *l. c. Transalpinorum, & Transmarinorum iudicia, inter se componit verbis Africani Concilii in Epistola ad Celestinum Papam scriptis, ibi: Quomodo Transmarinum iudicium (quod tantundem est, ac Transalpinum) ratum erit? ad quod testium personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel multis aliis incurventibus impedimentis, adduci non poterunt. Et vero privilegiatissimæ huic Consuetudini causas minores domi terminandi, mordicus semper inhaeserunt Transalpini.*

Hanc pro aris, & focus in hanc usque horam tenacissime defendunt Belgæ, nullis Concordatis fulti. Pontifex (scribit Guicciardinus, scriptor Italicus, in Generali Belgii descriptione apud Vanesp. Belgam *J. E. V. p. 3. tit. 5. cap. 3. n. 20.*) Nullius omnino Præfensionis, vel Correctionis prætextu, quenquam hominem, sive Ecclesiasticus is sit, sive laicus NB. evocare potest extra Provincias; unde si quid occurrat, oportet, ut mittat, vel hic deputet Commissarios, qui de Præfensa causa cognoscant. Hanc consuetudinem sartam tectam se servaturos dejerant Belgii Principes, dum clavum Regiminis capessunt. Vanesp. *l. c. n. 13.* hanc evocationem alicujus extra Provinciam, violare, Capitale est, morte, & confiscatione bonorum, luendum. Vanesp. *l. c. n. 14.* hanc Belgis confirmavit S. Congregatio Conc. Trident. 23. Junii 1615. cum consensu Papæ Vanesp. *l. c. n. 20.*

Num. 24.  
Cujus rationem adducit Cæsar;

Num. 25.  
Qui Transalpinorum, & Transmarinorum causas parificat.

Num. 26.  
Belgæ lites domi terminant, nullis Concordatis; sed sola consuetudine fulti.

Num. 27.  
Belgii Principes jurant hoc jus conservatum iri ab se.

Num. 28.  
In Belgio Capitals est, hoc jus violare.

Num. 29.  
*Gallihocjus morticus* etiam ante Concordata (quibus id postea insertum) sunt tutati.

Num. 30.  
Triennio, dum illo abstinent, immensa auri pondera Romam sunt traducta.

Num. 31.  
Germani jam illo olim semper sunt usi.

Num. 32.  
Illud Martinus V. in Concilio Constantiensi per quinquennialia Concordata, nuperrime ex tenebris in lucem protracta, & paucissimis nota Germanis A. 1418 triginta annis ante moderna Concordata, solennissime stipulatus est.

De Gallis quid dicam? nulla gens pertinacius Privilegiatissimæ illi consuetudini inhaesit, etiam ante Concordata sua, qua de re vide Choppinum de S. P. tit. 4. n. 18. Rebuff. ad Concord. tit. de caus. & fule Vanesp. l. c. à n. 28. a qua Consuetudine dum sub Pio II. per unicum triennium tantum recessisset Gallia, testis est Joannes Sanromanus, Procurator Regius, apud Thomasinum part. 1. V. & N. discipl. l. 1. cap. 45. n. 5. Immensa auri pondera, Romam traducta ex Gallis fuisse. Hinc continuo ad Pragmaticam. & hanc consuetudinem postliminio rediit, quam in ipsis Concordatis suis Anno 1516. expresse voluit confirmatam his verbis: statuimus quoque, & Ordinamus, quod in Regno, Delphinatu, & Comitatu predictis, omnes, & singula (exceptis majoribus in jure expresse denominatis) apud illos iudices in partibus, qui de jure vel Consuetudine praescripta, vel privilegio, illarum cognitionem habent, terminari, & finire debeant.

Germani, gens imperatoria, hac in parte nil Belgis, nil cesserunt Gallis; sed privilegiatissimam illam consuetudinem, lites minores domi terminandi, constantissime sunt tutati.

In Concilio Constantiensi (quando Martinus V. primo sui Regiminis anno quinquennialia Concordata, cum Germanis pepigit) nil antiquius, nihil prius germania habuit; quam ut in iisdem Privilegiatissima, qua de agimus, Consuetudo stabiliretur; hinc in Concordatis istis §. 18. ita statuitur: De causis tractandis in Romana Curia, vel non sanctissimus Dominus noster Papa Martinus V. statuit & ordinat, quod nullæ causæ in Romana Curia committantur, nisi quæ de jure, & natura causæ in Romana Curia tractari debebunt, nimirum causæ majores. Concordata hæc Anno 1418. edita, triginta annis præcesserunt Concordata Nicolai V. Anno 1448. inita. Referuntur autem Concordata Martiniana (ex quibus Nicolaitica extracta sunt)

in

in magni Bullarii Luxemburgi Anno 1730. recenter editi, tomo 9. pag. 252. ad ann. 1447. sub tit. *Fasciculus Concordatorum*. Sunt autem deprompta ex Codice diplomatico Leibnizii tom. 1. pag. 384. & legi merentur.

Anno 1438. tempore Concilii Basileensis Germani tanto lubentius ambabus manibus amplectebantur sub Alberto II. Imperatore, *Pragmaticam*; quod ejusdem Articulo 15. & 16. confirmaretur prædicta privilegiatissima consuetudo. Vide me supra Num. 4.

Anno 1440. iidem Germani (quando Neutralitatem jam tum amplexi erant circa duos Pontifices) *Moguntiae* in publicis Comitibus, *Avifament. cap. 17.* sibi ab eo Pontifice, cui tandem adhæsurus essent, cautum voluerunt, & juxta Privilegiatissimam Consuetudinem permissum: *Quod in partibus nostræ Nationis, quæ ultra quatuor dietas a Curia distarent, omnes causæ (majoribus, nec non electionum Ecclesiarum, Sedi Apostolicæ immediate subjectarum, exceptis) in partibus terminarentur.*

Statuerunt itidem, *ne gravati per saltum* (ut habet *Avifament. cap. 13*) *etiam ad Romanum Pontificem, omisso medio, sed ad immediatam superiorem duntaxat, nec a gravamine in quacunque instantia, ante definitivam, appellent.* Vide Goldast. tom. 1. *Constit. Imperial. ad ann. 1440. à pag. 403.*

Anno 1441. Leodieneses (Germaniæ populus) dum seorsim cum Papa Eugenio IV. Concordata inirent specialia; nil potius habuerunt, quam, ut ad majorem cautelam, *explicitis verbis Privilegiatissimam illam Consuetudinem, suis in Concordatis, Spho 6 stabiliri facerent. ibi: Placet etiam nobis, ut omnes, & quæcunque causæ (majoribus &c. exceptis) in partibus &c. tractentur & finiantur.* Vide Nicolarts in *Concord. Germ. tit. 3. d. 1. §. 14.*

Num. 33.

Illud Anno 1438. in *Concilio Basileensi* confirmatum, Germani lubentissime admitterunt.

Num. 34.

Illud sibi *An. 1440* à Pontifice, cui adhæsurus essent, confirmandum voluerunt Germani.

Num. 35.

Illud Leodiensibus Anno 1441. specialiter stabilivit Eugenio IV. in eorum *Concordatis.*

Cæteri

Cæteri, a Leodiensibus distincti Germani, Anno 1447. 5ta Februarii; sive secundum Stylum Romanum (quem tamen Nicolaus V. non semper superstitiose observavit) Anno Incarnationis Dominicæ 1446. Nonis Februarii; per Constitutionem, incip. *ad Tranquillitatem*, Decreto irritante armatam, impetrarunt ab Eugenio IV. omnia Capitula Concilii Basileensis, a Germanis sub Alberto Cæsare acceptata (inter quæ erant *cap. 15. & 16. De non evocandis in IUS Romam ultra quatuor dietas populi*) solemniter & quidem in perpetuum (nisi vel in *Concilio Generali*, vel in *Specilibus Concordatis* immutentur) confirmari. Vide me a Num. 4.

## Num. 36.

Etiam Cherubinus docet Constitutionem Eugenioam: *ad Tranquillitatem* ab Nicolao statim approbatam, & post Concordatis infertam.

De *Aurea illa & divina* Constitutione Eugenii: *ad Tranquillitatem*, ita scribit Laërtius Cherubinus ante ultimam Eugenioam: *inter cætera desideria*, in suo Bullario. *Hanc Sanctionem* (scilicet quæ incipit: *ad Tranquillitatem: quoad collationes*, NB. & *cætera simpliciter confirmavit Nicolaus V. die 10. Augusti 1447. cujus Bullam non posui, & certo modo NB. postea approbavit in alia ejus Constitutione 1. ad Sacram. quæ mox sequitur.*

## Num. 37.

Reprehenditur Cherubinus, quod in Bullario, casu, an de industria? omiserit Constitutionem: *ad Tranquillitatem*, & sic fatalem Germanis imposuerit necessitatem sua ignorandi privilegia.

Non possum hic, quin gravissime indigner Laërtio Cherubino, quod Sanctionem istam, Germaniæ tam utilem, tam necessariam, quoad collationes, & NB. *cætera, simpliciter a Nicolao V. die 10. Augusti 1447, & certo modo postea, in alia ejus Constitutione 1. ad Sacram* (scilicet in ipsi Concordatis, & quidem *Spho in aliis autem*) approbatam, Germaniæ, non sine irreparabili ejus damno, subtraxerit, inviderique, adeoque Germanis Autoribus tristissimam, & detestandam occasionem dederit (quo animo, & quo fine Deus scit) maxima, & utilissima Patriæ suæ Privilegia, Jura, & Indulta penitus ignorandi: quæ miserabili fato, æternum lauisent; nisi ea accuratior, & fidelior Scriptor Odoricus Raynaldus, paucis tamen Germanis notus, nobis tandem communicasset, in Annalibus  
Eccle-

Ecclesiasticis ad Ann. 1447. Num. 6. Eadem etiam pronoper evulgavit magnum Bullarium Luxemburgi editum, Tom. 9. pag. 249. ex Cod. Diplomat. Leibnizii Tom. 1. pag. 391.

Hanc autem ego materiam (quam a nullo haecenus Autore ex professo, utique ob Constitutionis Eugenianae: ad *Tranquillitatem*, ignorationem, invenio pertractatam) non tantum in gratiam praesentis causa; sed in commodum totius Germaniae, tam diffuse, tam clare demonstro; ut in posterum pateat omnibus evidenter, Germanos, si nolint, Romam ultra 4. dietas in jus trahi nequaquam posse, nisi majores causa, jure communi expressae intercesserint; idque non tam ob *Leges, & Canones, jusque speciale Transalpinorum*, quam ob *Articulum 15. & 16. Pragmatica* a Germanis Anno 1438. sub Alberto II. acceptata, ab Eugenio IV. Anno 1447. 5ta Februarii, pro folis Germanis approbata, a Nicolao V. Anno 1447. die 10. Augusti post Coronationem confirmata & denique Anno 1448. ipsis Concordatis spha: *in aliis autem*, quo ad *Articulum 15. & 16.* solennissime & certissime incorporatum.

Quare quam sancte servanda sunt Concordata, tam Religiose Germanis permittendum est, lites suas (majoribus exceptis) domi terminare.

Nec dubito ego futurum, ut summus Pontifex in posterum tam manifesto Germanorum privilegio dicam an juri, in solemnissimum Concordatorum pactum deducto, in omnibus minoribus causis (qualis est haec Scholasteria) sit libens volens delaturus.

Dicit sanctissimus Pater cum Innocentio Papa ad Victricium Rotomagensis Episcopum: *Magni Concilii Niceni Praeceptum est: ut per singulas provincias suis privilegia serventur Ecclesiis.*

Dices

Num. 38.  
Quare *Autor* hanc materiam, quam nemo haecenus ex professo examinavit, tam prolixè pertractet.

Num. 39.  
Quam sancte Concordata, tam Religiose hoc Jus Germanis est custodiendum.

Num. 40.  
Non dubitatur *clarissimo* huic *Juri Romani* in posterum *delaturam*.

Num. 41.  
*Auræ Sententiæ Pontificum Inno- centii, Anacleti, Leonis Magni, Gregoriique Magni: Unde constat Privilegia Ecclesiarum & Statuta priorum Pontificum caste servanda.*

Dicit cum Papa Anaclero: *Privilegia Ecclesiarum, & Sacerdotum intemerala, & inviolata cunctis decernimus manere temporibus.* Can. 1. caus. 25. q. 2.

Dicit cum Magno Papa Leone, scribente Casari Martiano: *Privilegia Ecclesiarum & Monasteriorum, Sanctorum Patrum auctoritate instituta, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari.* Can. 2. caus. 25. q. 2.

Utetur prudentissimus Papa iisdem aphorismis & apophtegmatibus, quibus usus est Gregorius Papa, & a Doctrina, & a Sanctitate maximus.

*Absit hoc a me, ut statuta Majorum, cum Sacerdotibus meis, in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo.* Can. quod vero. caus. 25. q. 2.

*Si ea destruerem, quæ Antecessores nostri statuerant; non Constructor, sed everfor esse, juste comprobarem, testante veritatis voce, quæ ait: omne Regnum in seipso divisum, non stabit.* Can. 4. caus. XXV. q. 2.

*Nimis est asperum, & præcipue bonis Sacerdotum moribus inimicum, nisi quencquam quantacunque rationis excusatione, quæ bene sunt ordinata, rescindere, & suo exemplo docere cæteros, sua quandoque posse constituta dissolvere.* Can. 7. caus. 25. q. 2.

*Sicut nostra defendimus; sic singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus. Nec cuilibet gratia favente, ultra, quam meretur, impertio; nec ulli hoc, quod sui juris est, derogabo.* Can. 8. caus. 25. q. 2.

*Justitiæ, & Rationis Ordo suadet, ut, qui a Successoribus, sua Mandata, servari desiderant, Decessoris sui procul dubio voluntatem, & statuta custodiant.* Can. 17. caus. 25. q. 1.

Et

Et hinc Pontifex in posterum suum Germanis **JUS** causas minores domi definiendi (quod in Concilio Basileensi fundatum, in Pragmatica Anno 1438. sub Alberto Imperatore juratum, ab Eugenio IV. Anno 1447. die 5. Februarii, & eodem Anno ab Nicolao V., die 10. Augusti confirmatum, & denique Anno 1448. ipsis Concordatis Spho: *in aliis autem*, publice est insertum) inviolatum relinquet.

Sciet etiam *Augustissimus Imperator*, qua *Protector Concordatorum*; una cum *toto Imperio*, non minus, quam Belgii Principes, propositis etiam *Capitalibus Paris* (ubi necessum fuerit) hoc jus (quo pretiosa lites Romanæ præsciinduntur; quo tot Imperialium millia e Germania quot annis nullo emolumento in Tiberim disfluere solita, in Patria retinebuntur; quo fiet, ut Juris Canonici studium ad causas, alias Romam extravagari assuetas in Germanis magis accendatur; utque ipsa Concordata a Germanis Judicibus sine cavillationibus, & offuciis contra, quam sæpe contigit, ad *sensum veritatis*, *germanissime*, & *simplicissime* explicentur) tueri & vindicare.

Audiet Imperium, saluberrima monita, quæ hanc in rem dat cordatissimus Jurisconsultus & Cancellarius, *Leoninus Cons. 50. per tot.* Ubi tractat prolixè de Concordatis Germaniæ, & inter alia ait:

*Cum intersit Imperatoris & Procerum Imperii, subditos suos ab alio non possideri, & Jura Universitatis Imperii non diminui, in minima etiam particula, quia per minimas particulas devenitur ad interemptionem totius c. final. de caus. Possess. & Proprietat. c. auditis de Præscript. cum similibus, possunt, ac debent eidem Proceres, pro conservatione jurium NB. se huic negotio interponere & cavere, ne Concordata in totum, vel in parte aliqua labefactentur & evertantur, & ne actus aliquis fiat,*

Num. 42.  
Unde firmiter sperari potest, ab Romanis Pontificibus hoc jus deinceps factum, testumque præstitum iri.

Num. 43.  
Defendet illud Imperator cum Imperio toto; maxime ob utilitates, quæ enarrantur.

Num. 44.  
*Aurea Leonini Sententia* de Concordatis a toto Imperio manutenuendis.

fiat, quo perveniatur ad diminutionem Juris Universitati Imperii ex illis Concordatis competentis.

Et infra: Quibus accedit, quod Principi superiori permissum sit, & pœnali edicto, & quacunq; alia ratione, Jurisdictionem suam, & Jura Reipublicæ tueri, & conservare. Et profecto nisi Imperatori, & aliis Imperii Principibus jus esset adimendi consensus libertatem subditis, ne contra Concordata in Beneficiorum Provisionibus sese aliis subjiciant, fluxæ, & omnino caducæ forent, publicæ illæ Concordatorum Conventiones, quas mox, in quos latæ sint, abrogare possunt.

Et infra: Si Universe Reipublicæ Franciæ sola utilitatis ratione inspecta justum visum fuerit suis Ordinationibus Reservationes ab universo Galliæ Regno excludere Constitutione Ludovici IX. Ann. 1228., Caroli VI. Anno 1358. & 1406., & Henrici II.; certe æquius & moderatius censei debet, si Imperator & Proceres Imperii pro conservatione juris quæsi, ex publico fœdere cum Sede Apostolica perpetuo firmato NB. advigilent, ac Jus Universitati Nationis, seu Imperii, quæsitum, servent & tueantur.

Et infra: Quemadmodum ad Imperatoris, & aliorum Principum Officium pertinet præcipere, & urgere Concordatorum observationem, ita omnibus subditis Imperii . . . convenit obtemperare Legi Generali pro conservatione Juris Universitati Imperii competentis, Imperiali Autoritate promulgatæ cap. 2. de Major. & Obed. Can. in istis dist. 4. cap. 1. de nova forma fidelitatis.

Num. 45.  
Germania Anno 1510. gravamine 10. dequæsta est, omnes causas indistincte Romam trahi.

Recordabitur Augustissimus Gravaminis 10mi inter alia Anno 1510. ab toto Imperio, & Natione Germanica propositi in hæc verba: Causæ, quæ in Germania (in qua etiam docti & justî Judices sunt) terminari poterant, ad



ad *Tribunalia Romana indistincte* (seu *Minores*, seu sine *Majores*) *trabuntur*, quod *S. Bernardus ad Eugenium Papam scribens*, valde *reprobare videtur*. Vid. *Goldast. Tom. 2. Constit. Imper. pag. 120.*

Recordabitur *Articuli 15ti sibi in Electione & Coronatione Francofurti, proponi soliti, in hæc formalia: Quia Romæ NB. multa sunt adversus pacta, quondam imitacum Pontificibus; det operam apud Pontificem, ne qua fraus fiat Privilegiis & Imperii Libertati.* Vid. *Goldast. Tom. 2. Constit. Imper. pag. 141.*

Recordabitur *juramenti sui, quo in Capitulatione Cæsarea ita dejeravit: Etiam incumbet Nobis, & volumus omnem operam adhibere . . . ne ullo modo agatur contra Concordata.* Et infra: *Volumus etiam studiose eniti, ut prædicta Concordata serventur, propugnentur, & secundum illa constanter vivatur, & agatur: Nihilominus quidquid Gravaminis in illis occurrit, secundum Tractatum Augustæ Anno 1530. ea de causa habitum, in Dieta Imperiali removeatur: & in posterum absque consensu Electorum nihil simile permittatur.* In *Effigie Genuin.* Verit. *impressa Monasterii Westphalorum Anno 1702.* pag. 52. & 53.

Recordabitur *aureæ exhortationis, qua ipse Pontifex CLEMENS VIII. Rudolphum II. Imperatorem in causa Præposituræ Bremensis Anno 1603. 15. Januarii ita exhortatus est: Majestatem Tuam etiam atque etiam hortamur in Domino, atque ab ea efficaciter petimus; ut . . . Concordata Germanica NB. tanto pondere sancita, nullo modo violari & diminui patiatur.* Et horum recordatione, tanquam fomite accensus, ad *Concordata Germaniæ universis in materiis, præprimis autem circa hoc fori privilegium, intacta custodienda effervesceat.*

Num. 46.

*Jurat Cæsar, Concordata contra Curiam Romanam, inviolata conservare.*

Num. 47.

*Ipsi Pontifices Cæsarem quandoque emphatice rogarunt, ut Concordata violari non permittat.*

Num. 48.  
*Germania* de jure suo jam informatior, nolet in posterum exemplo *Galliae & Belgii* Romae litigare; nisi occantari sibi velit ex canticis canticorum capit. 1. versum 7.

Ipsa etiam *Germania* in posterum, de jure jam suo informatior, & Dignitatis Imperatoriae (qua omnes Europae populos longe antea) non immemor, non minus, ac ejusdem *Filiae, Francia, & Belgium*, in foro peregrino (si de causis minoribus res sit) rea stare recusabit; nisi illo ex Canticis Canticorum cap. 1. v. 7. flagellari malit convitio: *Si ignovas te, o Pulcherrima inter mulieres, egredere: & abi post vestigia gregum, & pasce haedos tuos juxta tabernacula Pastorum.*

Sed quo me in materia hac (in qua

*Qui mihi monstraret, non erat ullus, iter. Ovid.*

Num. 49.  
 Ex dictis evidentissime patet, quod Provisus Ordinarii in hac Scholasticarum causa obligatus non fuerit ad Romae litigandum, quodque idcirco Auditor Camerae iudex sedet *incompetens*.

Quo dilectissimae Patriae, acribit amor! sitto hic gradum; ex dictis haec mundo literato sat evidenter dispalescat, ob fori Privilegium, in Pragmatica Anno 1438. ab Germanis sub Alberto II. ex Concilio Basileensi acceptatum; Anno 1447. ab Eugenio IV. & eodem Anno ab Nicolao V. confirmatum; & denique ipsis Concordatis Anno 1448. sub Spho: *in aliis autem*, indubitate insertum, quod Auditor Camerae, Romae in Provisum Ordinarii, Germanorum juri innixum, Iudex sederit *incompetens*.

Incompetentia haec Judicis Romani porro inde elucescit, quod is processerit ut *Executor*, in vim literarum Apostolicarum: quae cum *evidenter nullae sint*, nullam executori dederunt *jurisdictionem*; cum quia quod nullum est, nullum parit effectum juxta vulgaria; tum maxime quod literae *executoriales, accessorium sint* Gratiae Apostolicae; adeoque stent cum stante, cadant cum cadente. text. claro *c. si super gratia 9. de offic. & potest. judic. delegat. in 6. ibi: perimatur Executoribus data potestas, quam veluti gratiae praedictae accessorium, naturam sequi congruit Principalis.* Tot autem haec demonstravi Gratiae Apostolicae nullitates; ut si quid addere vellem; Horatius merito mihi aurem vellicaret dicendo, *In hylam ne ligna ferat; & occineret Ovidius:*

*In flammam flammis, in mare fundis aquas.*

AD.

Num. 50.  
 Executoriales, fuerunt nullae, ergo Executor A. C. fuit Iudex *incompetens*.

## ADJUNCTUM II.

*Bulla PAULI II. Romani Pontificis qua RUPERTO Coloniensi Archiepiscopo ejusque Successoribus Legationem Sedis Apostolicæ & Fus alternativis Mensibus Pontificis Beneficia conferendi secundum Promissionem & Concessionem suorum Antecessorum confirmat de Anno 1467.*

### PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Nostro Ruperto Archiepiscopo Coloniensi Salutem & Apostolicam Benedictionem!

Quæ laudabili, & provida Prædecessorum Nostrorum Ordinatione gesta seu approbata, vel Statuta sunt, opportunis Nos decet favoribus prosequi, & efficacem Operam circa Observantiam eorum adhibere. Nuper siquidem ex literis per Oratorem tuum, & dilecti filii Nobilis Viri, Frederici Comitis Palatini Sacri Imperii Electoris ad nos missis intelleximus; dudum felicis Recordationis Urbanum III. Innocentium III. & Urbanum VI. Romanos Pontifices Prædecessores Nostros per diversas Literas (Nobis nunc exhibitas) Archiepiscopis Coloniensibus pro tempore existentibus Legationem Sedis Apostolicæ gratiose concessisse hujusque Memoræ Eugenium IV. pariter Prædecessorem Nostrum non solum ea confirmare, verum etiam novum aliud Privilegium: „Quod omnia Beneficia, quorum Provisio vi Concordatorum inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germanicam in eundem sibi & Apostolicæ Sedis permanebit in Diocesi Coloniensi ab ipso Archiepiscopo Theodorico, & ejus Successoribus sine ulla Contradictione in perpetuum provideri debeant, benevole promississe, eandem vero promissionem primo à Nicolao V.“ paucis ante obitum suum diebus per Literas ejus nunc

nunc nobis in Originali præsentatas impletam, & confirmatam esse. Cum autem nonnulla tuarum Ecclesiarum Capitula, & singulares Canonici, qui jam ab aliquo tempore clam multas Secretas Allegantias in Præjudicium Sedis Apostolicæ & Autoritatis Episcopalis inter se contraxerunt, Vicinique Principes Tuæ Diœcesis, hoc jus ob Constitutionem Bonæ Memorix Prædecessoris Nostri Pii in dubium vocare, tuasque Collationes & Provisiones ausu temerario repudiare non erubescant, Te enixe rogare, ut Nos Tibi & Successoribus Tuis Apostolica auctoritate providere, & prædictarum Literarum Tenorem confirmare dignemur.

Nos igitur tuæ Petitionis desideriis rationabilibus nec non Precibus devotis prædicti Filii Nostri Nobilis Viri Friderici Comitis Palatini Sacri Imperii Electoris Germani tui inclinatus Literas tuas, & Prædecessorum Nostrorum examinari fecimus diligenter, & quia Nobis facta super omnibus Relatione invenimus, omnia & singula Privilegia ob specialem Fidelitatem & Obedientiam qua erga nos & Sedem Apostolicam nullis parcens sumptibus & laboribus ferebatur, Ecclesiæ Coloniensî & suis pro tempore Archiepiscopis, qui plurimas Ecclesias ex bonis Mensæ Archiepiscopalis fundaverunt, esse concessa; ratioque Officii Nostri exigat providere, ne Auctoritas Archiepiscoporum a Clero suo & Vicinis Potentibus vilipendatur, & illis Nostræ Potestatis auctoritate subvenire, habito fratrum Nostrorum Consilio, quamvis exin non modicum patiamur detrimentum, attamen suum cuique tribuere volentes omnia Privilegia supra dicta & præcipue Nicolai V. Prædecessoris Nostri tenore Præsentium eadem Auctoritate Apostolica Nobis divinitus concessa, confirmamus & approbamus Tibique & omnibus Successoribus Tuis a Nobis legitime provisiss, electis & confirmatis de speciali Gratia vicem Nostram tam in Episcopatu Coloniensî, quam super omnes Suffraganeos tuos, ut,  
quid-

quidcunque alias per Legatos facere consuevimus, per Te, & Successores Tuos Archiepiscopos Colonienſes tanquam a Nobis miſſos legatos fiat, jusque omnes Appellationes a Suffraganeis recipiendi, Synodos convocandi, eis præſidendi, viſtandi Diœceſin Suffraganeorum tuorum, & eorum Electionem dirigendi concedimus & approbamus. Quæcunque etiam eccleſiaſtica Beneficia ad Tuam Diœceſin Colonienſem Spectantia, Sæcularia, vel cujusque Ordinis Regularia, Monasteria, Prioratus, Præpoſituræ, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes & alia Officia aut Electiva, aut ad tuam Proviſionem Spectantia aut alia Sæcularia, vel regularia Beneficia diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ ratione Vacationis illorum in Menſibus apoſtolicis reſervata, quæ extra Curiam in ſingulis Anni Menſibus Januario, Martio, Majo &c. Nobis per Concordata inter Sedem Apoſtolicam & Nationem Germanicam inita Nobis reſervatis vacare contigerint Auctoritate Apoſtolica juxta Sacrorum Canonum, & Conciliorum Diſpoſitionem, nec non Conſuetudines rationabiles Tuæ Diœceſis quibusvis Perſonis idoneis de quibus Tibi videbitur, cum omnibus Juribus & Pertinentiis ſuis conferre, de illis providere Reſignationes accipere, ipſos Proviſos, vel eorum Proviſores illorum Nomine in Corporalem Poſſeſſionem Beneficiorum hujusmodi cum omnibus Appertinentiis eorundem inducere, inductos defendere, omniumque Proventuum Jurium, & obventionum rationem exigere, omniaque alia, quæcunque neceſſaria fuerint libere & licite facere, exequi, inſuper in omnes rebelles & confœderationibus colligata Decanos Capitula Canonicosque ſingulares diligenter inquirere, eos ab illa illicita conjunctione revocare & per penas pecuniarias Cenſuras Eccleſiaſticas, nec non Privatione Beneficiorum & Dignitatum Eccleſiaſticarum inhabilitateque ad omnia Beneficia ad tuum, Eccleſiæque Tuæ obſequium, invocato etiam ad hoc, ſi opus eſt Brachio Seculari, compellere & Principes Noſtra Auctoritate ab omnibus Infeſtationibus revocare, plenam  
omni-

omnimodamque Potestatem de speciali Nostro favore da-  
mus, & indulgemus. Non obstantibus quibuscumque Re-  
servationibus generalibus vel specialibus Beneficiorum a  
Prædecessore Nostro Bonæ Memoriae Pio II. Nobis vel Suc-  
cessoribus Nostri editis vel edendis, quæ contra harum Li-  
terarum Tenorem nullatenus valere, aut cuicumque patro-  
cinari declaramus renunciantes proin omni imposserim per  
Nos vel Legatos Nostros faciendæ Provisioni.

Quia vero Ecclesia Colonienfis per multimoda bella con-  
tra Hereticos & Rebelles suos ad exaltandam Religionem  
Christianam nimis Debitis onerata esse Nobis demonstratum  
est, etiam ex speciali Gratia ne afflictiis novam videamur  
velle addere afflictionem, omnibus Juribus & Taxis No-  
bis & Romanæ Sedi solvendis renuntiamus volentes, ut hæc  
ad sublevamen Archiepiscopi & Recompensationem Fide-  
litas Archiepiscopo & Ecclesiæ suæ solvantur & depo-  
nantur.

Siquis igitur hanc Nostre Constitutionis paginam ausu  
temerario violare præsumperit, noscat se indignationem  
Dei omnipotentis S. Petri & Pauli, Apostolorum & No-  
stram incursum. Datum Romæ apud S. Marcum An-  
no Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo  
sexagesimo septimo Kalend. Martii, Pontificatus Nostri  
Anno quarto,

## ADJUNCTUM III.

*Extractus Epistolæ Electorum Imperii ad Papam  
data Anno 1673.*

Circa Indultum Electoribus Ecclesiasticis competens de conferendis beneficiis per suas Dioceses quovis mense Papali vacantibus, postquam circumstantias & causas specialis hujus pacti ex ipsis actis originalibus Concordatorum Aschafenburgensium enarraverat, ita queriantur: „Sedes Apostolica, quod Electoribus ab initio, ut dictum est, seorsim promiserat, etiam ex fide præstitit, id est Electores per specialia indulta eorum ultra duratura, ad suas quemque collationes plenissime restituit, perinde ac si nullum emanasset Concordatum, mansitque omnino hæc praxis ex promissa firma & rata eorum Successoribus gavisis sine aliqua exceptione constanti facultate beneficia conferendi in mensibus reservatis. Verum intentis semper Curia Romanæ Officialibus in omnes modos & ampliandi debitam in summum Pontificem observantiam (qua in re nihil sunt reprehendendi) & derivandi ex omnibus Provinciis in suum commodum pecunias, jure vel injuria (in quod animadvertendum foret) eo sub prætextu, quod per dicta indulta pauciores haberet Curia Romana supplices, quodque jura expeditionum contraherentur, (non considerato, quod ipsum Concordatum in immensum auxerat numerum & supplicum & expeditionum, quodque in illis Ecclesiis Germaniæ, quæ Concordatum non receperant, ut sunt nonnullæ in ipso Germania medietullo, velut Bambergensis atque aliæ, reservationes locum non habeant, & Ordinarii conferant in omnibus mensibus) eorum, ut creditur, Officialium mala suggestione in Litteris Apostolicis dictorum indultorum inseri coepta est Cautio hæc, quod illorum indultorum vigore provisum tenerentur intra sex menses obtinere a S. Sede suarum provisionum confirmationem,

mem, & (quod Officialibus caput erat) *jura solvere*. Hanc clausulam, quamvis novam atque insolitam, non adeo tamen ægre tulerunt Electores, semper omnium, quæ a Curia Romana proficiuntur, reverentissimi; nam illibatum nihilominus ipsis manebat jus utendi suis indultis, nec multum sua interesse judicabant, quod ab ipsis provisi suas quoque Gratas S. Sedi acceptas referrent, ac modico dispendio Officialium hiatus, ad lucrum semper apertos, obstruerent. Sed ne in his quidem obsequio & voto steterunt restrictiones. Notum est, a singulis novis Pontificibus novas edi regulas, quas *Cancellaria* appellant; nec finem fieri, alias atque alias excogitandi, & veteres edi solitas amplificandi. Has inter excogitata est una, tunc recens, per quam quilibet novus Pontifex omnia revocat a suis prædecessoribus concessa conferendi indulta: & licet ipsa Electoralis Dignitatis prærogativa sine mentione specifica fortassis concludenda non fuerit, aut potius, quod ad dicta indulta spectat, supradictis excusis & titulis adeo justis & gravibus promissa & concessa ab illa regula omnino eximi debuerint, tamen, quia literaliter solum excipiuntur indulta S. R. E. Cardinalibus concessa, & exceptio, ut arguunt, contra alios firmat regulam, Electores semper obedientes sese regulæ patienter accommodarunt, ejusque causa petierunt a singulis Pontificibus post dictam regulam edi cœptam creatis, suorum indultorum renovationem. Sed tamen ne sic quidem perennavit antiqua indultorum forma: ejus enim Terminus, qui ad vitam unuscujusque Electoris adhuc fuerat, ad quinquennium tantum restrictus est, ita, ut præter indicatas variis temporibus insertas contractiones debuerint Electores singulis quinquenniis petere indultorum renovationes. Sed hæc tamen sine cunctatione & intercapedine concedebantur, exhibitis pro Litteris Apostolicis iisdem jurium summis, quæ solvi consueverant, dum indulta ad vitam erant. Et ad has fere angustias contracta erat indultorum forma, quando rebus fidei & Ecclesiæ Romanæ præesse defuit s. memoriæ INNOCENTIUS



TIUS PP. maximus, per cujus obitum, seu verius per editionem novarum Cancellariæ Regularum coacti sunt Electores petere renovationes suorum indultorum. Verum novus Pontifex statim dictas renovationes per Electorum Agentes, ut moris est, rogatus, innuit, se velle majoris reverentiæ causa rogari per speciales Epistolas ipsorum Electorum. Rogatus est amplissime: at sic rogatus, specie diuturnioris suæ, dum erat in Minoribus apud Germanos, moræ & ibi contractæ cum multis amicitia, quos pro multis eorum in se meritis remunerari intendere, conquestus est adversus illa conferendi Indulta, per quæ sibi esse grato & liberali non liceret satis ad votum; perinde ac si non habuisset præter collationes Beneficiorum aëctorum etiam eas, quæ totos sex menses ex Pontificio succedebant per omnes alias Dioceses: sed placuit aliquid delibare ex iis collationibus, quibus per indulta gavisi fuissent Electores: delibavit & contulit, & tandem petita Indulta renovavit, etiam tunc ad quinquennium; quo elapso, & renovationibus per obsequentissimas litteras repetitis a Pontifice, prior illa querela (quod concessis ejusmodi Indultis non sibi satis esset, unde multos Germanos de se bene meritos donaret) non modo iterata fuit, sed & addita nova, scilicet, quod Electores in faciendis collationibus non satis ad præscriptum sacrorum Canonum spectarent virtutes, imo digniores sæpe præterirent. Huic postremæ objectioni dum responderetur ab aliquibus, dum supposititia ostenditur transmissis ab Urbem nominibus & egregiis qualitatibus eorum omnium, quibus provisum fuerat, multi menses, imo & anni abierunt, qua intercapedine occurrerunt frequentes Beneficiorum Vacationes, quæ Pontifex in suos de se adeo bene meritos grato animo conferret: verum non sine stupore fuit, quod Ipse, qui pro paterna cura tot scrupulis pulsabatur, ne illi Collatores ad Beneficia promoverent nisi virtutibus præstantes, ætate idoneos, non aliis Beneficiis cumulos, sed  
d quo;

quorum res esset angusta, effusim doctus omnia, quæ suæ Collationis per tot cunctationes affecta fuerunt, contulerit plerumque quibusdam aliis comparatione deterrimis, ætate minoribus, plurima alia Beneficia, etiam incompatibilia, obtinentibus, & si in quorundam vitam, mores & doctrinam inquireretur, indignis: & tamen, ut frequentiores sibi recurrerent ita conferendi occasiones, id est, cunctandi in Indulorum renovationibus, terminum eorundem Indulorum, qui eosque inconcussa quinquennalis fuerat, ad triennem restrinxit, restricturus porro, ut creditur, ad nihilum, si diutius supervixisset, id est, Electores privaturus omni facultate conferendi in mensibus reservatis contra fidem promissi, contra meritum, contra praxin & contra omnimodam principatus conservandi rationem. Et hæc fere sunt, quæ Electores exponenda habuerunt Sanctitati suæ, super quibus suas etiam preces non unis literis summo Pontifici seorsim innuerunt; sed quando nihil dum profecerunt, adhuc Sanctitati suæ deferendas esse putarunt, supplicantes, ut quæ a majoribus, non minoris pietatis sensu, quam sapientia laude ad pacem vel tabescentem retinendam vel lapsam revocandam, rite & ordinate instituta sunt, mutisque pactis decreta, & promissis firmata, religiosius ferventur, & quidquid hinc inde per abusum a pristino & laudabili more utcumque recessit, suo usui ac praxi. quoad ejus fieri potest, restituatur, nisi posterior dies, qui, ut dicitur, prioris solet esse discipulus, aliquid melius pro temporum ratione & ex communi animorum consensione introduxerit.

POSITIONES  
EX UNIVERSO JURE.

- I. Omnium officiorum complexus in solo amore sui recte explicato commode Statui potest.
- II. Officiorum perfectorum & imperfectorum nulla est differentia ratione præstantis, bene vero ratione illius, qui ea sibi præstari vult.
- III. Libertas naturalis Civium non magis est restringenda, quam salus & felicitas eorum id exigit.
- IV. Imperans totam suam potestatem ex concessione populi sive tacita sive expressa habet.
- V. Electio Principis Protestantici in Imperatorem observantiae Imperii repugnat.
- VI. Qualitas votorum Comitialium a religione principis non territorii dependet.
- VII. Annus 1582. rationem suppeditat, cur Status Imperii tam vario utuntur numero votorum in Comitibus.
- VIII. Jus adcapitulandi ad solos Electores exclusive spectat.
- IX. Jus eundi in partes in materiis mere politicis plane exulat.
- X. Ex §. 52. Art. V. P. O. tres eruuntur casus, in quibus legitime jus eundi in partes exercetur.
- XI. Ad legitimam in partes itionem majora illius partis, quæ secessum facit, non sufficiunt, sed unanimitia requiruntur.
- XII. Germania non est Systema foederatarum, sed una monarchia e pluribus rebuspublicis constans.
- XIII. Omnia Jura Majestatica resident penes Imperatorem.
- XIV. Causa a supremis Imperii Tribunalibus ad Comitibus traducta, æquitas suadet, ut Literæ informativæ a supremis Imperii tribunalibus petantur.
- XV. Societas Ecclesie Christianæ non est æqualis, sed hierarchica ex Jure divino.
- XVI. Ex eodem Jure Clerici separatim ordinem personarum a Laicis efficiunt.
- XVII. Potestas Episcopalis summa est in Ecclesia.
- XVIII. Episcopi sunt veri Successores Apostolorum, atque suam potestatem tantum a Deo habent.
- XIX. Quamvis Concordata Aschaffenburchensia ab initio non sint legitime constituta, hodie tamen sunt vera pacta, & limitant Concordata Principum, sive Decreta Basileensia a Natione Germanica 1439. acceptata.
- XX. Dignitates post Pontificales in Cathedralibus majores, & in Ecclesiis collegiatis principales summo Pontifici non esse reservatas textus & acta Concordatorum demonstrant.
- XXI. Ipse summus Pontifex Pius IV. Imperatori Ferdinando I. confessus est, Causam solvendi Annatas esse partim pro bello adversus Turcas suscipiendo partim ut succurratur sustentationi Officialium Curie. Vid. RAYNALD Annal. Eccles. Tom. XXI. pag. 444.

- XXII. Decimas in natura colligere, aut alios fructus loco earum recipere est res merae facultatis.
- XXIII. Indulium Papale collectandi aut decimandi Clerum in Germania nullius est roboris.
- XXIV. *Domicellaris* factus miles non amittit praebendam ipso Jure.
- XXV. Matrimonium in causa adulterii alterius conjugis est tantum indissolubile quoad vinculum *Jure Ecclesiastico*.
- XXVI. Causae ecclesiasticae in ultima Instantia in partibus sunt finaliter decidendae per Judices nationales.
- XXVII. Sub Edicto prohibitivo de non alienando sine solemnitatibus bona ecclesiastica *ades* non contineri demonstro.
- XXVIII. Communis regula, privilegiatus contra aequè privilegiatum non utitur suo privilegio sed Jure communi, est valde erronea.
- XXIX. Unam tantum speciem consuetudinis, pro Jure non scripto sumtae, admitto.
- XXX. Quod Culpa lata in legibus aequiparetur dolo, principiis Juris naturae innitur.
- XXXI. Negotiorum gestorem in regula culpam levem praestare Juris analogiae convenit.
- XXXII. In dubio interpretatio facienda est contra promissarium.
- XXXIII. Transactio de relictis in Testamento valet, etiam non inspectis tabulis peracta.
- XXXIV. Transactio ob laesionem enormem non rescinditur.
- XXXV. Dominus directus lapsum Canonem absque protestatione recipiens juri caducitatis non renuntiat.
- XXXVI. Investitura symbolica jus in re non autem simul possessionem tribuit vasallo.
- XXXVII. Legitimati per subsequens Matrimonium succedunt in feudum.
- XXXVIII. Omne feudum praesumitur proprium.
- XXXIX. Potest Successor feudalis repudiato Allodio succedere in feudum; secus de filio, qui utrumque aut acceptare aut repudiare tenetur.
- XL. Matrimonium ad morganaticam est omnino licitum, & nobilibus haud de negandum.
- XLI. In determinatione poenarum dignitas personarum non attendenda.
- XLII. Tortura recte adhibetur ad detegendos complices.
- XLIII. Ejus usus vero ad eruendam perpetrationem delicti ab ipso delinquente summa cum prudentia adhibendus.
- XLIV. Poenae capitales e Republica non sunt profligandae.
- XLV. Mandans aliquem vulnerare, et si expresse addiderit, ne occidat, tenetur de occiso, si eo vulnere alter mortuus fuerit.

*E r r a t a.*

Pag. 1	Lin. 6	perfundari lege perfundari.
- 2	- 14	doctrina lege doctrinas.
- 12	- 16	Episcopos lege Episcopis.
- 13	- 30	a Romanis lege Romanis.
- 14	- 27	in ministerio adde nupti.
- 17	- 16	decendentibus lege decedentibus.
- 20	- 30	hoc lege hæc.
- 24	- 6	custoditis lege custoditis.
- 28	- 6	Eugenio lege Eugenii.
- 30	- 3	propositæ lege proposita.
- 35	- 19	controverſiam lege controverſia.
- 37	- 4	diffiriendi lege diffiniendi.
- 42	- 15	quæ ultra adde Primatum.
- 45	- 24	lagerent lege legerent.
- 53	- 14	ea lege eo.
- 62	- 31	observandum lege observandam.
- 63	- 20	Imperatores lege per Imperatores.
- 64	- 19	adjunctum lege adjunctum.
- 68	- 30	eum lege cum.

INDEX

1	1	1
2	2	2
3	3	3
4	4	4
5	5	5
6	6	6
7	7	7
8	8	8
9	9	9
10	10	10
11	11	11
12	12	12
13	13	13
14	14	14
15	15	15
16	16	16
17	17	17
18	18	18
19	19	19
20	20	20
21	21	21
22	22	22
23	23	23
24	24	24
25	25	25
26	26	26
27	27	27
28	28	28
29	29	29
30	30	30
31	31	31
32	32	32
33	33	33
34	34	34
35	35	35
36	36	36
37	37	37
38	38	38
39	39	39
40	40	40
41	41	41
42	42	42
43	43	43
44	44	44
45	45	45
46	46	46
47	47	47
48	48	48
49	49	49
50	50	50
51	51	51
52	52	52
53	53	53
54	54	54
55	55	55
56	56	56
57	57	57
58	58	58
59	59	59
60	60	60
61	61	61
62	62	62
63	63	63
64	64	64
65	65	65
66	66	66
67	67	67
68	68	68
69	69	69
70	70	70
71	71	71
72	72	72
73	73	73
74	74	74
75	75	75
76	76	76
77	77	77
78	78	78
79	79	79
80	80	80
81	81	81
82	82	82
83	83	83
84	84	84
85	85	85
86	86	86
87	87	87
88	88	88
89	89	89
90	90	90
91	91	91
92	92	92
93	93	93
94	94	94
95	95	95
96	96	96
97	97	97
98	98	98
99	99	99
100	100	100



Kr 3497


(x225 8755)

WPA

PA







ii 13

DISSERTATIO  
JURIS ECCLESIASTICI GERMANICI  
DE  
JURIBUS ECCLESIAE GERMANICAE  
IN CONVENTU EMSANO  
EXPLICATIS  
ET

DE JURE ARCHIEPISCOPORUM CIRCA BENEFICIA  
MENSIVM INEQUALIVM  
IN SPECIE

AD  
ILLUSTRANDUM PRÆCIPUE HUIUS CONVENTUS  
*Art. XV. XVI, § Art. V. §. 26. Pac. Osnab.*

QUAM  
UNA CUM PARERGIS EX OMNIGENO JURE  
PRÆSIDE

PHILIPPO HEDDERICH,

Ss. Theologie & utriusque Juris Doctore, Eminentissimi ac Serenissimi  
Archiepiscopi Principis Electoris Colonienfis Consiliario Eccles. actual.  
Ss. Canonum in Universitate Bonnenfi Professore publ. & ord.  
ejusdemque Universitatis h. t. Rectore, Librorum Censore  
ac Proto-Notario Apostolico.

TENTAMINI PUBLICO

SUBMISIT

FRANCISCUS JACOBUS DE BREUNING, Mergentheimenfis.

IN AULA MAJORI UNIVERSITATIS BONNENSIS

Die VI. Martii MDCCLXXXVIII.

*Mane ab Hora nona ad undecimam.*

BONNAE, Typis Joa. Frid. Abshoven Universitatis Typographi.

